laudandus, licet nemo tenetur restituere cum  
amissione rerum aliorum ordinis.

Nemo tenetur restituere cū periculo famæ  
consequentis virtutem moralem, vel theologi-  
cam, non famæ partæ in alijs rebus præclaris, vt  
ingenio, diuitijs.

*De restitutione bonorum incer-  
torum nu. 93.*

Bona incerta potest debitorper se post inqui-  
sitionem pauperibus dare, nec potest Epis-  
copus regulariter se intromittere, & exponun-  
tur, canones synodales, potest etiam sibi paupe-  
ri, vel totum, vel partem applicare, iudicio con-  
fessarij. Pro pauperibus intelliguntur Ecclesie,  
hospitalia, & multa alia. Et de compositionibus  
per Pontificem discretis dicendum est, quod va-  
lent, sed dum non est facta compositiō quæ  
queritur, si non restituat statim cum poslit est  
in peccato mortali.

*De fructibus beneficiorum male im-  
penſis. nu 94.*

Beneficiarij impendentes fructus beneficiorū  
in prauos, vanos, vel profanos viis, & ab eis  
accipientes peccant, & tenentur ad restitutio-

Item tenientes superflua sine iusta causa,  
peccant saltem venialiter. Verum ne sis facilis  
ad iudicandum quia multa eum excusat; vide  
in Manuali multa.

*Qui peccant mortaliter contra hoc pre-  
ceptum. n. 95.*

Vi rem alienam notabilem furatur, vel fu-  
rari vult: Item qui rem suam, sed putans  
esse alienam: qui rem suam, sed in quam  
aliquid ius alius habeat, vt equum locatum,  
vel accommodarum. Qui vi aliquid accepit, &  
debet confiteri, vt rapinam, & satisfacere de in-  
juria illata v. g. contra honorem vim inferen-  
do.

Qui rem sacram ex loco sacro, vel nō sacro,  
vel non sacram ex loco sacro, est sacrilegium:  
& si cum furto adiuixerit, frangere fore, fene-  
stras, portes, rectum, aut parietem est excom-  
municatus: quis autē sit locus sacer quo ad hoc,  
vide ibi.

96. Qui accipit, vt faciat quod debet, vel non  
faciat quod debet, vt dixi supra.n. 37. & 33. Item  
seruus dicens Domino fe plus emisse.

Distributor communis non eque distri-  
buens, nisi ignorantia excusat, & tenetur resfu-  
tare damnificato. Item cōferens beneficium,  
vel officium indigno, supra. n. 72.

97 Qui impedit aliquid à consecutione boni in quo habet ius in re, vel ad rem, peccat, & tenetur ad restitutionem. Item si male animo, sine fraude impedit non habentem ius quamvis nō teneatur ad restitutionem, vt supra dixi, s.t. peccat. Item qui est causa, vt quis non iuste puniatur, vel suum non consequatur. p.m. & tenetur ad restitutionem.

98 Quia accipit naufragata, cum excommunicazione, teneatur restituere, quia non derelicta, nisi accepisset cum periculo probabili mortis, ve infra, n.170. Item ex incendia domo, quia non habetur pro derelicta.

100 Quide in luctu in domum, segetem, ignem mittit, p.s. in locum sacrum, est excommunicatus, vt infra, c.17. n. 94. nemo tenetur scipsum prodere vi excommunicationis.

101 Qui iniuste soluit, vel solui facit in carcera rum ob debita, & tenetur ad restitutionem, nisi incarceratus nullo modo posset solvere. 102. Nō autem peccat si erat ob crimen, modo vim non inferat ministris iustitiae: nec tenetur aliquid restituere custodi carceris, pro damno seculo.

103 Qui captiuus fugit, aut captiuū injusto bello captiu facit fugere, tenetur ad restitutionē.

105 Qui accipit ab alio, qui dare non potest, vt ab Abbatore, religioso, moniali, filiofamilias, vxore,

præter parafernalia, sine expresso vel tacito cōfensu superioris, vel viri, vel quādo vir ad id teneretur: sunt tamē octo causas, in quibus vxor porest. Vide Sylvest. verb eleemosyna. q.5. Itē qui accipit a furioso & pupillo sine licentia tutoris, vel a prodigo habente curatorem, vel a non domino.

107 Simulans se sanctum deuotum, pauperem, infirmum, vel religiosum, cum non sit, vt eleemosynam accipiat, dummodo simulatio sit causa finalis, & non tantum impulsua, & tunc tenetur ad restitutionem, non danti, sed Deo, & pauperibus.

108 Qui non statim soluit mercenario, vel nō in re, in qua conuenerunt, sed in alia cōtra eius voluntatem; quod si vendens illud nō potest habere suum, tenetur reficere, sed non tenetur soluere pro tempore, quo seruus ægrotauit. Item si illum qui suam operam locare consuevit, assumit nullo pretio statuto tenetur tantum quanti alium conduxisset, vel ad iudicium boni viri.

Item qui soluere vult pretium conuentum, sed illud est lenge minus iusto.

109 Item magistri atrium mechanicarum sumentes Tyrones, vt eos doceant artes, & nullā aut exiguum dent mercedem si eos occupent in aliis rebus contra eorum voluntatem, ita ut nos

**122 De restitutione.**

non possint addiscere p. & tenentur ad restitu-  
tionem: exculsan tur tamen nobiles, qui sumunt  
pueros precibus parentum & instituant eos ele-  
gantiam morum, & mox sine villa alia mercede  
dimittunt.

**120** Qui seruos accipiunt cum obligatione ad  
certa officia, & non dant pecuniam sufficien-  
tē pro suo labore, tenentur satisfacere.

**121** Qui clam accipit quod sibi deberi putat,  
pro delicto commisso p. Iammo nō potest iuste  
petere, sed potest datum retinere.

Qui suum occuite accipit cum commode id  
recuperare potest, vel exponit se periculo mor-  
tis, vel membris, vel contra conscientiam, putat  
id esse peccatum, vel cum notabili scandalo, vel  
damno illius, aliter vero potest, modo restitut  
si quod damnum alteri sit sequutum: & vt caue-  
at ne iterum debitum soluat ur.

Item vxor potest accipere de bonis viri no-  
leatis restituere, & pro eo restituere, cum cau-  
tela.

Item qui dubitat an sit suum, & accipit pec-  
cat, & tenetur ad restitutionem.

Qui legata pia tempore & modo debitibus non  
solunt, nec sunt absoluendi nisi soluta, si pos-  
sunt sine magno suo detrimento: quae legata va-  
lent etiam facta coram duobus certibus tantū.

**123** Qui extra extremā necessitatem aliquid  
acci-

**Cap. XVII.**

**123**

accipit ad edendum, vel vestiendum pro se, vel  
pro alio peccat: & tenetur restituere, ut supra.  
num. 61.

**120** Qui occidit, vel graviter percutit aliquod  
animal domesticum in suo prēdio damnum in-  
ferens, cum non sit sui iuris hoc facere, sed tan-  
tum expellere, vel includere, donec dānum  
restitu eretur.

Iniuste prohibens venationem, vel pīscatio-  
nem, & tenetur ad restitutionem emolumēti  
quod inde sequi poterat: sed quando iniuste  
prohibeat, vide ibi.

**122** Custodes iurati, aut fide astricti, permetten-  
tes venari, aut pīscari, aut ligna cādere in locis  
iuste prohibitis; nisi sit necessitas, aut cōsanguī-  
nei, aut amici chari sui Domini: tamen non ex-  
cūlit eos tales esse, quod si peterent facultatē  
obtinenerent, sed nolunt petere.

Si aliquis ciuium veatur in aliquo tempore  
prohibitionis non reatur restituere, nisi post  
iudicis sententiam.

**124** Qui prohibet sub litis ne feras occidant in  
suis pīzis etiam cum damno notabili.

**125** Vēnatores quorum canes damna afferunt  
animalibus domesticis, & equi campis &c, tenē-  
tur ad restitutionem.

Magnates prohibentes ne ferae non incluse  
& damnificantes occiduntur: et si animū ha-  
beant

124 *De particip. in domno dato.*

beant restituendi, pec. mor. sicut qui furatur  
cum animo restituendi.

Tenentes columbaria iniuste ubi lex, & cō-  
suetudo i l prohibet. Item si cum domno no-  
tabili alterius, tenentur ad restitutionem. Itē  
qui in columbario suo certa semina spargit ut  
aliorum columbas attrahat & retineat, pecc. &  
tenetur.

Qui sibi accipit, vel includit animalia aliena  
domestica fugitiva, nisi ex cōsuetudine desinūt  
redire per aliquot dies.

128 Quando licet recipere examen apum, vi-  
de ibi.

*De participatione in domno dato. n. 130.*

Pecunia qui cum multis coadunatis sub vno  
duce, vadit ad damificandum & tenetur ad  
restituendum, id cuius est causa, vel salē quod  
ad se peruenit, si non fuit causa ulterioris dam-  
ni. Item procurantes ut quis, v.g. Iudex tollat  
euiquam quod suum est; nec quod debet re-  
stituatur, nec debitor cogatur, peccat, & tene-  
tur restituere.

131 Qui scienter, vel ignorantia crassa male  
consult. Item laudans ingenium alieuius, vel  
vituperans ignauiam, vris aliquam damificet,  
p.m. & tenetur ad restitutionem.

133 Au.

*Cap. XVII.*

125

133 Audiens, & gratum habens aliquem suo  
nomine alicui nō cuiusc p. non tamen tenetur  
ad restitutionem.

134. Testis legitime interrogatus à iudice, sci-  
ens furuum si faciat peccat, & tenetur ad restitu-  
tionem, nisi id faciat metu sui status, vel bono-  
rum.

135 Post excommunicacionem promulgata m,  
sciens furem non tamen debet denunciate eū  
ante correctionem fraternalm: & si id probare  
non potest non tenetur manifestare: etiam si is  
non satisficeret: secus si probare potest; post  
admonitionem tenetur denunciare: aliter pec-  
cat, & tenetur restituere, nisi iustus meritus ex-  
cufet.

Idem dico de vxore abscondente aliqua pro-  
dote satisfacienda, & de id scientibus, non enim  
tenetur. Dixi denunciare, non testificari, quia  
casus variaretur.

Custos ciuitatis vel agri non obstante saltum  
clamando, damno notabili, quod fieri videt, p.  
m. & tenetur ad restitutionem: sed qui ex offi-  
cio non tenetur, licet ex malitia taceat, p. sed  
non tenetur ad restitutionem. Immo si non ex  
malitia, sed ex negligentia, vel modestia se non  
ingerendi negotijs aliorum taceat non peccat  
mortaliiter.

Iudex non faciens restituere, damnum cum  
posse

possit: & tenetur ad restitutionem.

137 Administratores alienorum bonorum, si in utilitatem Domini, alicui damnum inferunt, p. & tenetur ad restitutionem: possunt tamen ex bonis Domini occulte accipere tantundem quo satisfaciat, obseruatis his quae supra, n. 13. po sita sunt.

138 Qui occulte aliquid accipit ab eo, cui displicet acceptio occulta non publica, p. v. sicut serui & filii ut vescantur: non autem vendant, & dent ceteris, potest esse furtum sine peccato mortis, sed cum obligatione ad restitutionem sub p.m.i. de minimis animo interupto continuatis. 139. Fur tenetur ad impensas, quibus Dominus sua quæfuit, ad iudicium boni viri.

140 Impediens eum tempore ad impedientium dampnum, quod tertius quartu[m] inferte solebat, p. & tenetur ad restitutionem. Item qui mitteret famulos eius in districtis ad terrificandu[m] vel ad hocandum si dampnum sequatur ob defectum diligentie p. & tenetur ad restitutionem.

### De peccatis Patrum circa bona filiorum. n. 141.

Pecat pater accipiens aliquid notabile ex bonis calrenibus, vel quasi calrenibus, vel ex eorum fructibus, & rexit et restituere, tamē

al-

ali quando debetur peculium filio.

Accipiendo aliquid notabile, quoad proprietatem de bonis aduentitiis. Item si administrando notabiliter laedit, & tenetur ad restitutionem.

Inducendo per fraudem, vel metum reuersitatem, filiam, ut reniantur, vel contenta sit minor dote legitima p. & tenetur ad restitutionem. Ceterum declarationem aliquorum termino sum, & quando datio valeat, vide supra, n. 142.

### De peccatis mariti, circa bona

vxoris. n. 153.

Maritus aliquid sumens de bonis parafinalibus, i.e. bonis que habet prater dominum, pecc. & tenetur ad restitutionem, infra, num. 155.

Vxor aliquid sumens notabile de bonis mariti contrarie voluntatem: & tenetur ad restituionem. Item nos potest dare eleemosynam ex bonis mariti, nisi existentia extrema necessitate: & ubi consuetudo regionis id afficeret, nisi expressum constaret de contraria voluntate viri, vel spirituale mariti. 154. Si maritus sic amens: si ex datis à malo parcus impendit, de parafinalibus. 155. Si quid lucretur post datam sufficientem detrahit, modo lucrum non sic communem

59

ro, &c. Et si maritus est prodigus, potest clam accipere pro necessitate domus, saltem futura. Item mortuo marito, potest totam dote in reperire, licet maritus superflua in eam consumptus sit.

*De peccatis filiorum circa bona parentum. n. 156.*

**F**ilius aliquid notabile sumens à patre, etiam de bonis aduersariis, & profectis, etiam ad elemosynam, & tenetur restituere patri, vel hæredibus, & si cum voluntate patris, plus accipit, quam pater potest donare, tenetur ad restitutionem.

**159.** Filius si non vult conferre bona quæ patet viuens ipsi emit, sed non dedit, vt arma, libros, &c. non tamen debet computari cibus, vel vestitus. **156.** Item filius, qui lucratus est cū bonis patris, & lucrum non diuidit mortuo patre, aut aliquid ei datum contemplatione patris, & non diuidit cum hæredibus pec. ad restitutionem: sunt alij casus similes.

Gener volens computare in hæreditate vox vestes, & ornamenta data à patre viuente.

*De peccatis falsariorum, &c. 167.*

**Q**ui nummos in subflantia, pondere, vel forma falsificauit, aut falsis, sciens vius est: & tenetur ad restitutionem si quid est damni, passo,

passo, damnum si securit: alioqui pauperibus: nec excusat, quod cum errore ab alio accepit pecuniam p. ad restitutio nem.

Qui forficibus circumcidit, vel aquis acribus attenuat nummos non publica auctoritate, p. ad restitutionem.

**168.** Quis falsi scripturam, aut ea vitetur, aut falsare facit; & tenetur ad damnum, quod inde sequitur: & si apostolicas, est excommunicatus.

**169.** Qui falsi subscriptionem, vel inscriptio nem, aut sigillum tenetur ad restitutionē dāni, si quod sequitur.

Qui vitetur falsis, vel veris reliquijs causa turpis quæstus, id est, cū pacto & sine principalē aliiquid accipiendo, vel causa ebrietatum, vel commissatio nūi mortalium: sic qui vitetur māculis, aut reliquijs nouis ab Episcopo non approbat.

*De peccatis circa innenta. n. 170.*

**Q**ui inuenit rem notabilem alienam, & retinet: vel statim non reddit, vel non fecit, quæ oportuit, vt nosceret. Quæ vero non sint aliorum & quæ quasi derelicta habentur à Dominis. vide ibi: & potest sibi pauperi applicare, sed quomodo vide.

**171.** Qui inuenit thesaurum casu in loco alieno debet dare dimidij Domino: si data opere

I sed

130 *Contractus & Commodatum.*

sed sine facultate debet totum dare Dominus,  
si cum facultate totum ipse inuenit potest ac-  
cipere, ac si in proprio loco inueniret.

Qui inuenit in domo, vel agro locato, vel per  
emphyteosim debet dividere cum Domino: &  
contra si Dominus inuenit, debet dividere cum  
habiente ius frumentis viri si in agro per dorem  
habito cum coniuge: sic qui inuenit in loco pu-  
blici, vel facio, hoc intelligitur secundum ius  
comune; quia possunt esse aliae leges seruan-  
dæ. Sciens esse thesaurum in loco & emens lo-  
cum non tenetur dare aliquid venditori. No-  
mine thesauri non intelliguntur nummi reca-  
ter absconditi metu belli, vel ut censuerintur  
tutius: lebent enim restituì hereditibus.

Qui diuinationibus, & modis illicitis inven-  
nit thesaurum etiam in suo loco, est sive post  
condemnationem, quia est pena.

176 Qui trabera inuenit in flumine, & accip-  
tisi pro derelicta habeatur, & quonodo.

Avis vel fera deputata, in laqueo etiā ali-  
cio est inuenientis: nisi consuetudo sit in contra-  
rium.

*De peccatis circa contractus &c circa  
Depositum n. 179.*

Nom.

Cap. XVII.

131

**N**emo tenetur de damno depositi casu for-  
tuito, nisi culpa precedat vel mora, vel pa-  
cione.

Qui dat facultatem, ut deposito utatur, spe-  
rans lucrum, peccat, quia est ut accommodati.

Qui non vult reddere depositum, vel solue-  
re pro deposito amissio, dolo, vel latra culpa no-  
leui, & multa alia, ut qui vitur contra volunta-  
tem deponentis.

*De peccatis circa commodatum,*

name. 182.

**R**epetens accommodatum ante tempus, pec-  
cat; & si cum damno tertij, tenetur ad restitu-  
tionem.

183 Commodatarius non reddens tempore,  
& si deterioretur sua culpa; vel quia forte red-  
dere distulit, vel quia alterius accommodauit, si in  
alios viuis (vide multa) tenetur ad restituacionem,  
dummodo non eodem modo fuisset peritura  
in manu Domini.

184 Quando res accomodata mittitur per  
autem fidem habitum & sine dolo perit, per-  
nit accommodanti: quod si transfertur domi-  
nium, ut in mortuo, perit ei cuius est dominium.

Qui non vult reddere, nisi solutis impensis,

132 quis

quas ipse iure tenebatur facere; potest tamen illud retinere pro recipitatione alicuius debiti.

### De peccatis circa locata & conduta.

ta. num. 187.

**Q**ui non soluit pensionem de re perdita, saltem pro rata temporis.

Item qui cogit soluere conductorem coactum ob pestem, vel aliam causam relinquere ante tempus rem iam locata. Item qui non vult deducere per se agricultae debitum propter sterilitatem fortuitam non recompensante fertilitate praecedenti, vel subsequenti: ubi multa sunt vindicta, & sunt 6. conditions ad hoc.

**195** Qui locat domum, vel aliquid alicui, putans ea abusurum ad pecc. mor. p. m. dat n. auxilium, & difficile saluatitur a pec. m. Qui locat domos meretricibus; permisso enim peccati cum participatione lucri, nulli est licita.

**196** Qui sciens, & tacens rem viciosam locat, tenetur restituere, si sequatur damnum: & nesciens vendens, tenetur etiam.

**198** Qui conductit & non vitetur re locata, & non vult soluere, peccat, nisi Dominus eam alicui locauerit. Conducens debet soluere in tempore secundum pactum, vel mores Regionis, vel regulariter in fine anni.

De

### De peccatis circa tributa publica

num. 200.

**Q**ui non soluit iustas gabellas. Item qui imponebit injuntas saltam secundum aliquam partem, & est excommunicatus, qui iniustas exigit, vel dubitat esse iustas, nisi ex obedientia, & conscientiam deponat. Item qui a clericis, nisi negotientur.

Mercator qui falsum iurat, vel remissum suae conscientiae, pauciores merces manifestat, tenetur ad restitutionem.

### De peccatis circa pignora

num. 203.

**C**reditor si inscio Domino vitetur pignore est fursum, si sciente, & volente est usura, nisi sit usus, qui gratis inter amicos conceditur, ut de libro. Item si sua culpa graui, vel dolo pignus periret, & non vult soluere, peccat. Item pacifcens si ad certum tempus non redimat pignus, cedat creditori, nisi fiat in peccatum Domini, ita ut pro vendito iusto pretio habeatur. Item si transacto tempore pignus vendat antequam Dominum admoneat, nisi sit pactum in contrariu. Creditor potest pignus retinere donec debitor

1. tor-

### 134 Peccata Vsuræ,circa mutua.

cor omnia soluat, vsque ad minimum quadratum: potest etiam post tempus alteri pignorare, fructus debet solueret, & impensæ debent restituui.

### De peccato Vsuræ circa mutua,

nume.206.

**V**Sura est lucrum prouenient ex contractu mutui, & quia mutuum sub contractu non mutui cum ob anticipacionem, ve expectatauam solutionem plus iusto pretio sumitur: ideo vsura duplex, aperta, & palliata. Mutuum ab accōmodato differit in hoc quia in accōmodato non transfert dominium, sicut in mutuo licet gratia utrique fieri debet, ad vsuram requiritur, ut sit vi mutui, & principaliter rei, suapte natura pecunia restituibilis.

Potest quis in mutuo etiam principaliter sperare lucrum amicitie, & gratitudinis, & ex amicitia, & gratitudine sperare etiam principaliter lucrum pecunie.

Qui mutuat principaliter ob lucrum, & postea eum pœnitentiat, mutat intentionem lucri in minus principaliter, non est vsurarius: nec sunt vsurarij, qui spe motuant, si id minus principaliter faciant, etiam si sine spe lucri non mutuantur.

Mu-

### Cap. XVII.

135

Mutuans ex charitate, & deinde accipies si-  
bi aliquid datum ob timorem peccati, potest ta-  
men suum recuperare per mutuum, quod aliter  
recuperare non poterat, & aliquid accipere ob  
laborem in mutuo.

Potest accipere plus ratione lucri cessantis,  
& damni emergentis, quod per Navarram semper  
valeret, non per Sotum. Lucrum cessans de-  
bet suum quando pecunia parata Domino plus  
valeret, quam altera alteri.

212 Quod si ex que valeat non potest aliquid  
recipere, licet accipienti plus valeat: condicio-  
nes lucri cessantis, vide ibi.

213 Montes pietatis sunt liciti, & quando ge-  
ner potest recipere fructus pignoris usque ad  
solutionem doris non a computando in dotem.

### Qui peccant peccatum Vsuræ circa

mutua nume.214.

**P**eccat more liter, qui mutuat principaliter ob lucrum speratum item qui potens non soluit tempore suo. 215 Itē sciens non posse adimplere, mutuat apposita pœna, nisi ad diem satisfaciat. Item si soluta parte debiti, totam pœnam exigit. 216 Item creditor r̄tēs fructu pignoris, & nolens illum computare in sortem deductis expensis. Hac non fieri possunt, etiam ap-  
posito

I 4

**236 Peccata Vsuræ circa mutuo.**

posito pacto. Quid autem de feudis dicendum vide ibi.

**219** Qui mutuat triticum, &c. & ita ut sibi redatur eo tempore, quo verisimile est auctum iri: & tenetur ad restitutionem, si tamen illud non erat seruatus. Qui mutuat mutabile cum pacto, vel intentione principali, ut molat suo molendino, emat ex sua bottega, labore in suo prædio, &c. & tenetur ad restitutionem, etiam si mutuatarius nil damni habuerit hinc, & mutuato nil utilitatis propter obligationem.

**222** Mutuans cum pacto, ut sibi vendat linum, vel lanam, &c. etiam iusto pretio. Si mutuat cum pacto, quod si mutuatarius intra certum tempus moriatur sit liber: si minus, duplum reddat: se-  
cundus si gratia daret, & tandem debet à mutuo abe-  
re omnis obligatio.

**224** Item demuruante pro habendo officios, sed si quis officij non debet restituiri.

Item qui mutuat triticum vetus ut alterum tantum restituat, recens sciens illud futurum me-  
dius dare triticum ad renouandum fieri potest.

**225** Qui non vult recipere quod sibi debetur nisi usque ad tempus quo pretium crescit, vel non in loco ubi debetur. **226** Qui mutuat argen-  
tum, ut recipiat aurum nisi sit venditio.

**227** Qui triticum vinum vel oleum, aliquiu-  
m prædijante messem vel vindemiam: emit ob-

anti-

**Cap. XVII.**

**137**

anticipatam solutionem minoris, quam collecta sunt valitura p. ad restitucionem, secus si minoris, sed a quo pretio, ob periculum si emit cum pacto ut eligat triticum, huius; vel illius agri ut libuerit debet plus soluere pro illa optio-  
ne ad iudicium boni viri. **228** id est dicendum de eo qui vendit vel emit pluris, vel minoris, iusto  
pretio ob dilatam solutionem, de quo sup. n. 26. & iussum premium non stat in individuibi, sed est triplex, de quo sup. c. 13. n. 17.

**229** Qui pecora vel prædia emit ab eo, que putar non habere, & statim eidem locat cum pensione: & tenetur ad restitutionem pensionis.

**231** Debita post longum tempus soluenda pos-  
sunt iuste emit minoris.

**233** Qui emit censem perpetuum, vel tempo-  
ralem, redimibilem, vel irredimibilem, sine re-  
quisitis conditionibus pro quibus est extrauagás  
Pij, V. vide ibi in Nauar. Ex parte

**237** Qui mutuat, ut detur aliquid alicui ter-  
tio, vel pauperibus, vel ut remittatur dam-  
num iniuriæ illatae non autem, ut remittatur in-  
juria.

**239** Vendens triticum quod non erat seruatu-  
rus pro maiori pretio, quo valitum est in alio  
mense, & tenetur ad restitucionem: si vero erat  
seruatus, debet accipere mediocre pretium, de-  
ductis

ductis expensis, & non sumnum.

Venientis iusto precio egerint, cum intentione principalis, ut ille vendat minus iusto precio: fucus si simpliciter, & reuendar in simo precio. Est ysurarius, qui cum premium mercaturae aduentu aliorum decreuerit, & ipse ne perdat, dilata solutione plus vendit.

Deponens pecuniam ad mercatorem, vel numerariam cum intentione principali luci: i mœstrui, vel annualis, fucus si quid datur gratuitum: nec est consilierabile periculum in mercatore.

Qui rem valentem, 15. ob dilationem dat pro 20. & teneratur ad 5. etiam si postea res valeat 20.

246. Mercatores qui dant egerintibus pecuniam, ut accipiatur 10. pro 100. etiam si Rex scribat esse gratuitam mutuacionem. Item officiales qui ob anticipatas solutionem aliquid accipiunt. Item qui iurant solvere ysuras, & non soluit nisi fuerit à iudice absolvatus.

### *De Ysura in pactis de Retrouendendo, nume. 247.*

Quid emit cum pacto retrouendendi animo magis mutuandi quam emendi, pec. mor. & tenetur ad restitutionem. Item si minus iusto precio.

pactum

Pactum retrouendendi est licetum: & potest fruitus retinere: & potest vendere locari dum modo il sit sine fraude, de quo vide ibi.

### *De Ysura in societate, nro. 251.*

VT societas sit licita tria requiruntur, primo:

ut negotiatio sit licita, secundo pecunia subiectaeat periculo dantis, non sic in mutuo confitio; tertio ut in omnibus iudicio boni viri serue tur aequalitas, & lucrum pro rata dividatur.

253. Potest pecunia assecurari soluto prelio à socio: & etiam potest assecurari lucrum incertum.

258. Datus pecuniam in societatem ei, quem fecit non esset viaturum in certam lucrum, vel militi, vel clero, licet faciat tres contractus. i. societatis, assecurationis, & redemptionis, p. quia est mutuum palliatum.

259. Qui vere dat pecuniam in societatem, & facit scripturam de mortu, vel accommodato peccat: & debet rescindere scripturam si vult recipere lucrum.

260. Omnis societas circa animalia, in qua ponuntur p:cta cum dano notabili socij, est illicita, sicut illa in qua partes conmodatum, non respondent ex quo partibus collatis in societatem

ratem. Item si animal moritur furtivo, vel sine culpa agricola, Domino moritur de quo supra, n. 119.

*De Vſuræ participantibus. &c; eam non refutentibus. n. 262.*

**I**Nducens ad vſuram, p.m. nisi in extrema necessitate, sit, non autem si aparato accipiat, vel non volente mutuare.

**263.** Qui accipit ad vſuras ob res vanas grauandas se aeterno damnificans familiam, p.

**264.** Quid autē dicendū de mutuāte vſurariis ad malos fines vide ibi 265. Itē suadēs, vt mutuet ad vſuram, & vt contrahat cōtractus vſurario tenetur in solidum, emens pignus amissum ob non solutionem vſuræ: &c. emēs, rem alienam.

Bona vſuraria non sunt obligata pro vſuris, extortis & dominium rei lucrificatæ per vſuras transit in vſurarium & dominium rei venditæ ab vſurario transit in emptorem; pōt tamen debitor recuperare rem: quā dedit, si sit penes vſurarium, vel penes alium titulo gratuito: saltem cum desunt vſurario bona ad solendum.

**266.** Gratia quid accipiens ab vſurario non habente unde satisfaciat, tenetur restituere.

Inſtitutor, geſtor tutor, famulus, ſeruus scientes

entes dātes pecuniam ad vſuram, vel vſuram colligentes, & teſtentur. Internuntij ex Parte vſurati.

**V**xor vſurati non habentis niſi quantum reſtituat ſi viuat ex vſuris mariti ad luxus, ad quē dominum non transit cum aliunde poſſit ho- neſte viuere. 271. Item quando gener accipit do- tem a ſocero vſurario, ſciens aut debens id ſcire cuius bona non ſunt ſatis ad reſtituendum.

**272.** Sōcer mutuans gēneros tantum quantum debet pro dote, & gener dat p̄zdiūm fructu- ferum quod pro dote tenebat.

**I**ndex adiudicās vſuram vſurario; vel nō co- gens eum reſtituere.

**273.** Procurator, & aduocatus adiuuātes, vel ob- viantes, petenti reſtitutionem.

Notarius etiam faciens instrumentum vſura- rium ſimulatum: non autem ſi clarum, &c. Teſtes, &c. tenentur ad reſtitutionem.

**274.** Vſurarius non redens quod ultra ſortem accepit, & fructus pinoris, nec refert quod ille ex pecunia multum fit lucratuſ.

**275.** Hēredes, & qui gratis ab vſurario aliquid, habuerunt. Confessarius audiens confessionem vſurati vel ei ministrans aliquod sacramentum ſine cauione, &c.

**276.** Dās pecuniam nautis ad aliquod opus, ita ut ſaluo ſemper capitali, partem lucri habeat ſi- cuit

De usura circa cambia n. 283.

**M**vtuans cum pacto assecurandi est usura. Assecuratio tamen simpliciter est licita. Itē excepto mutuo & accomodato potest capi pretium pro pecuniarum usu, sed ad equalitatem.

Cambiens, immo mutuus ex officie potest accipere stipendium ab vniuersitate, vel aliquod paruum lucrum, à mutuantariis pro labore, ut in mente pietatis.

Licet cambium per minutum; ut quadrantes pro iulii, & accipere lucrum pro labore.

Sic cambium per literas cum lucro dummodo sit cambium de loco ad locum, non tempore ad tempus, & à persona nō habente pecuniam; vel animu[m] cambiandi; & consequenter pecuniam: sic cambia sunt usuraria.

Licet emere, vel vendere pecuniam, quælibet plurim valeat contra factum.

In cambiis potest aliquid accipi ratio ne lucis recessantis, vel damni emergenti, si tunc mora ceseat, & per Pium V. non potest in principio cambij præfig certum in esse.

Teloniū possunt aliqui accipere ob pecuniam seruatam: aliqui nihil accipient, al. qui datur pro centum deponenti, & est usura.

Et hec ut comutare pecuniam præsentē pro absente cum lucro.

Vna moneta potest plus alia valere ob octo causas: vide ibi num. 294.

Nec contra prædicta obstat pretium statutum a rep. nummis.

Qui daat 100. ducatos in India non possunt accipere, too. in Hispania.

Campsor emens absentem pecuniam notabiliter minoris, quam ibi valeat communi existimatione, etiā detraicto, quo minoris valeat propter absentiam, tenetur ad restituendum, sicut & qui emit quamcumque rem.

Emens à non habente rem, vel nūmōs, saltē virtualiter, & tenetur restituere, debet enim servari extravagans Pij V. de qua vide ibi cum optima applicacione.

De obfato præcepto. Cap. 18. Non falsus testimonium dices n. 1.

Prohibetur præcipitaliter falsa testificatio judicialis, vel celatio veri, & secundario omnis inordinata significatio verborū, signoru, facto rū, mētiendo, in honora do, susurando denidēdo, male dicendo, detrahendo, & omnis significatio huiusmodi saltanti est p.v. quia est inordinata.

Testificans aliquid esse verum nesciens esse tale

tales, sed credes cuiquam illud affirmanti fide di-  
gno, pecc. mor. sed non tenetur restituere id, ob  
quod condemnatus solvit.

2. Mendacium notabiliter perniciosum, vel  
iuratum, est m. alioquin siue in iudicio, siue ex-  
tra, est veniale.

3. Mentiri in materia fidei, sacrae scripturae,  
vel morum, est mortali. si fiat cum periculo, & ani-  
mo nocendi; & sic concessionat lapsu linguae fal-  
so citans scripturas, vel Doctores non p.m. sed  
scienter recitans falsa miracula, vel vitas San-  
ctorum, p.m.

6. Qui non adimpleret promissionem obligan-  
tem, id est, veram, deliberatam, voluntariam, nu-  
dam, rei licita possibilis, notabilis, quam diuer-  
sus status non eneruauit, p.m. explicationem ho-  
rum. vide ibi.

3. Qui factis simulat aliquid cum danno nota-  
bili alterius, ut hypocrita, p.m.

Peccat saltem venialiter, qui simulat se bonum  
cum non sit, etiam ad edificationem proximi.

9. Qui leui iudicio aliquem iudicat firmiter  
de p.m. peccat mortaliter.

10. Lædens alterius honorem, vel dans cau-  
fum laedendi per contumeliam, conutium, vel  
improperium.

11. Lædens notabiliter per susurrationem aliquo-  
rum amicorum, pcc. m. & tenetur ad dāna sequuta.

Nota

Nota ex Soto, licet minuere aliquorum ami-  
citorum, ut ipse contrahat cum altero illorum,  
amicitiam.

14. Qui iniicit notabilem erubescientiam, vel  
animi perturbationem per derisionem, pec. mor.  
Deriso autem est inordinata pœna, vel culpæ,  
vel defectus naturalis significatio, & in hoc pec-  
atum saepe incident aucti.

*De detractione seu marmu-  
ratione.*

D Etractatio est significatio alicuius mali cu-  
juspiam hominis non canonizathi inordina-  
ta expressa vel tacita, quia laeditur, vel periclitatur  
eius fama vel gloria. Fama est existimatio  
bona de aliquo qua putatur bonus vel habilis  
in aliquo bonum vel vnum.

Lædens bonam famam, vel gloriam notabili-  
liter per detractionem, p.m.

Imponens, p.m. fallum, vel verum putatum  
falsum, pecc. mor.

Imponens venalia, falsa, vel defectus natura-  
les falsos ita tamen, ut damnum notabile infi-  
cat famam, p.m.

26. Qui detegit peccatum m. verum secretum  
alicuius, p. m. nisi aliqua circumstantia excusat.  
Nam non est peccatum m. detegere notoria fa-

146 De VIII. præt. De detractione.

Et, vel iuris, vel famosa sine intentione nocens, etiam si illi, quibus deteguntur ea ignorent.

Idem dicendum de detectione eorum que cito diuulganda suat. Scipsum vero potest diffamare, etiam falso dummodo non sit notabile non cumentum animæ, vel corporis, vel aliorum.

30 Dixit in ordinata; quia licet accusare etiam ob priuatam utilitatem sine odio & extra accusationem detegere delicta, reipublicæ, vel superiori, ut prouideatur, vel aliquis adiuuetur, non peccat omisso correptione quādō non speratur fructus.

31 Non peccat m. detegens peccatum illius qui se iactat de eo. Vel detegit ei personæ, que non obseruit, eslet enim ac si non detegisset, vt paternibus: non enim sunt publicari.

34 Qui inuenit peccata pénitentis scripta, & legit, vel diuulgat si sunt notabiliter lealentia famam, pecc. mor.

35 Qui libellum famosum continentem peccata fallit alterius, vel vera, occulte componit, & projicit in publicum, vt lædatur, & qui inuentum diuulgat, pecc. mor.

36 Qui peccata aliorum auditæ aliter refert, id est, appendo, vel magis certificando notabiliter.

37 Qui audit detractionem mor assentiendo, vel non resistendo cum debet, vel delectando, pecc.

Cap. XVII.

147

pecc. mor.

Qui interrogatus de fama, & vita alicuius cū teneatur loqui tacet virtutem illius, & cum dñe no notabili.

38 Index præcedens contra aliquem per viam inquisitionis, nō præcedente iustitia fama, quāvis id probari possit tribus testibus, licet possit procedere ob delictum notorium generaliter, sed non nominatum, nisi accusetur.

39 Index post confessum delictū interrogans reum de socio, vel auxiliante occulto, nisi in aliquibus casibus.

40 Non tenetur subditus denunciare superioribus reos, vt puniantur: satis est si restituant nam mandata vniuersalia sunt intelligenda secundum ius. v. g. præmissa correptione.

41 Qui non debens vult scire aliorum peccata, etiamsi sit Index: sicut quicunq; assensa audit detractionem.

De fama restituenda.

Qui non vult restituere dñnum notabile, faciat datu à se, vel ab eo cuius ipse hæres,

Lædes notabiliter per vnu peccatum morale famam habentis alia peccata notoria, p. m.

K 2 & reg

**148 De fama restituenda.**

& tenetur ad restitutionem famæ, sed quomodo, & quantum, vide ibi.

**43** Persona publica tenetur querere restitutionem famæ.

Qui multum aliquem laudando alios notabiliter infamat, p.m. & tenetur restituere. Intellige in his, si sequatur infamia.

**45** Si falso infamauit, tenetur restituere dicendo se falsum dixisse: etiam cum iuramento si opus est.

Deregens verum, peccatum occultum infamat & tenetur, sed quomodo lo.

**46** Si infamatus condonet, cessaat obligatio restituendi: vide ibi aliqua.

Qui se mutuo infamaverunt non excusantur a restitutione per recompensationem. Condonatio facta, petenti veriam generaliter omnium detractionum non valet, nisi pro his ad que probabiliter se extendit intentio condonantis.

Conuersatio familiariter infamantis cum infamato non tollit obligationem restituendi.

**47** Exclusa à restitutione periculum majoris boni, & omnimoda obliuio infamie non sic, si quis se iactat habuisse puellam etiam si senesceret: semper tamen remaneat damnum resarcendum.

**48** Lædeas famam iuste, nec peccat, nec tene-

**Cap. XVIII.**

**149**

tur: excusat lœsio parua, & non ei fides habbita.

Quando accusatus accusant non teneatur: & contrà: vide ibi.

Non obligatur qui solū refert aliena delicta & se audita sine affirmatione licet audientes credant nisi referens existimat audientes ita credere, ac si affirmaret.

Nec si is contra quem dicitur sit infamis ea re.

Nec referens peccatum cum auctoris paucitate ita vt potius sit ei honos quam infamia.

Nec qui solū occasionem remotam infamaz dedit.

Nec detractor conspicuus in vilem, &c. res est dubia.

**De secreti detectione, n. 51.**

**S**ecerum est quod non est famosum nec notorium & hoc, vel obligat ex se ad p. m. vel obtracit, vel expressam promissionem, vel ob sacramentum confessionis, & quomodo obligent.

**52** Promissio rei parui momenti, non obligat ad mort. Confessarius vel quicunque qui media confessione sacramentali pec. publicum vel secretū, leue, vel grane detegit, pec. m. nisi de facultate poenitentis iusta cum causa.

**53** Peccat mortaliter, qui literas aliorum apesit, & legit, cum iam nō notabili alicuius saltem

**K 3** **pro-**

probabili, vel cum animo damnificandi, aliter non nisi veritatis: vide ibi aliquis causus.

Qui reuelat secreta non vergentia in iniustam aliorum perniciem, sed cum magno dano exercitus, vel Crimitatis, eti si id fiat vi tormentorum, & timore mortis, pecc. mor.

55 Qui extra confessionem sacramentalem audiuit peccata, quae sunt lamenosa Reip. potest de nunciare, sine p. premisa correctione fraterna.

Potest quis aliquem denunciatem volentem ducentem vxorem, habuisse rem cum consanguinea furor uxoris, p. missa, scilicet correctione fraternali.

57 Qui iuridice, id est, a Iudice competentire semiplene probata, & ei notificata interrogatus, non fatur, p. m.

Si contra iuris ordinem interrogatus endem fatur.

58 Quando reus socios debet detegere, & non detegit, ut qui perniciosos socios Reipublicæ non detegit, p. m. & confessarius non admovens, vt id faciat, pecc. mor.

59 Iudex interrogans iniuste, vel omittens interrogare iuste, pecc. mor.

60 Qui peccatum non vergens in damnum alterius, vel si vergit, alia tamē via excusari potest, reuelat iudici etiam competenti, pecc.

61 Episcopus, vel prælatus, vel publica persona curans

curans aliorum animas si se infamat, vel notabiliter in famantibus nō resistit, p. m. priuatus vero potest tolerare, nisi fiat respectu imitacionis eum.

Qui in visitatione interrogatus de peccatis publicis, reuelat occulta, nisi timeatur periculus alij.

Reuelas secretum sibi commissum, cum sit sequiturum graue damnum, r. discordia.

*De IX. Precepto. Non concupisces uxorem proximi tui. Cap. XIX.*

Ilsdem modis peccatur, quibus, & contra sexrum, Non mecchaberis. Tamen addo, quod pecc. mor. qui, vel quae deliberate cupit, vel gaudet amori amore libidinoso mortali ab alio, vel ab alia, licet ipse non sic amet, sed consentit peccato alieno.

*De X. precepto. Non concupisces rem proximi tui. Cap. XX.*

In ordinate concupiscere aliiquid notabile cōtra iustitiam, est mortale.

*De Ludo.*

Vdus, & iocus ad recreandum, generat vir tutem extrapeliam, & est inter excessum, & defectum.

X 4 Iudicis

Ludus animo lucrandi, potius est negotiatio, & fere semper est mala: & hoc animo non est mortalis sed venialis immo nunquam, est mor. nisi frangat aliquod præceptū: nec ex se est prohibitus nisi ratione loci sacri. vel personæ. vel tē poris festi: schacorum ludus minime laudatur.

Ludens cum notabili irreuerentia Dei, dicitis, vel factis, ut abutendo scripturis vel cum scandalo periculo vel nocimento alterius p.m.

Ludens rem notabilem ludo prohibito: per legem obligantem ad mor. vel ludolicto, sed cum non potente donare, vel cum potente, sed merita vel fraude: p.m. vide qualis metus sit.

Monachi, clerici, beneficiati, & in sacris constituti ludentes notabilem quantitatem aleis, vel ludis illicitis, p.m. & si ludunt de fructibus beneficiorum tenentur ad restitutionem, si de patria monialibus. p.sed non tenentur ad restitutionē non sic de secularibus.

**13** Clericus vel monachus multo tempore spectans ludum mortaliter malum: vel eo deflectatur.

Subministrantes necessaria ad ludum: vel domum, mensas, candelas, sunt enim consentientes peccato. operando. iubendo mandando, invitando, inducendo, &c.

**15** Peritus ludi dissimulans, & aliciens imperium, vel virtutur falsis instrumentis, vel transgrederetur

ditur leges ludi cum notabili danno. p.m.

**17** Fraudans in pactis, vel prioritate manus peccat.

Lædens messem non tenetur restituere quantum in area redderet: sed quantum tunc estimatur.

In Regnis Hispaniæ ludens sub fide sua non iurata non peccat, non soluendo: sed si sub iurata, tenetur soluere, & potest mox pecuniam solutam repetere, vel potest petere solutionem à iuramento & non amplius tenetur soluere, siicut de iurante soluere vñras.

**18** Quide re notabili facit sponsionē, sciens à se assertam esse veram, & dissimulans, ut illum attrahat p.m. si sine dolo, non. p.

**19** Qui lucratur sine fraude in ludo illicito, non tenetur ad restitutionem.

Habilis ludens cum inhabili potest compensare, quæ lucratus est cum perditis.

Qui lucratur fraude, & dolo, non potest recompensare cum perditis in eodem vel diuerso ludo.

### *De Conflijs Christi. n.20.*

**P**Ecce in consilia Euangelica qui contemnit, vel proponit non adimplere, quan lo obligabunt

ligabent sub mortali, ut de Martyrio:

- 21 Quidicet si plenter confilia non esse meliora, quam contra: vel non debere vocari, est hereticus.

Monachus venditurus suum frumentum, veniente caritate tritici, potest gaudere de augmento pretij: sed non de causa, id est caritate simpliciter.

*De quinque preceptis Ecclesie. De Primo  
de audiendo Sacro iufestis,*

*Cop. XXI. n. 1.*

**Q** Vicunque discretus sine iusta causa inter-  
gram missam die festo non audit pec. m.

- 2 In die Natalis de lege communii non tene-  
mar, nisi vnam missam audire.

Qui omittit partem notabilem missarum, p.m.  
pars notabilis est iudicanda ad arbitrium boni  
viri, ut videtur ea, que à principio introitus  
usque ad Epistolam inclusive, immo ex una par-  
ticula principij & ex una fini potest constitui  
pars notabilis, verum est, quod post missam le-  
gendo per se illam partem omissam vel ab alio  
audiendo, satisfacit.

Qui dimidium missarum ab uno sacerdote, & di-  
midium ab altero audit, satisficit precepto.

Qui ante benedictionem exit à missa, non p.m.

3 Va-

3 Variis causis excusatuntur ab audienda missa  
die festo, ut qui absque gratiæ damno animæ,  
corporis honoris, honorum propiorum, & pro-  
ximi non possunt audire sacrum.

Ia communicati interdicti, sed non si habent  
privilegiū, licet non eurent absolutionem, et si  
peccant quia negligunt procurare absolu-  
tionem, quam consequi possunt: non tamen pec-  
cant, quia missam non audiunt.

Infirmus, & eius minister si adest damnum fa-  
lutis.

Nutrices, quæ sine periculo lactentium non  
possunt.

Qui habent graue negotium impediens.

Qui ratione officij prohibetur exiū ut custo-  
des arcuum.

Sic Domini, & Consultores, graviter occu-  
pati in negotio moram non patente.

Iter faciens, qui alioquin socios necessarios  
amitteret.

Pauperes, qui absque notabili pudore, defe-  
ctu vestium non possunt.

Vidua, quæ secundum consuetudinem Re-  
gionis non egreditur per mensum sed difficile  
excusatur si ultra mensem.

4 Coniugata quæ sine graui scandalo mariti  
non potest interesse.

Episcopus non potest cogere populu ad au-  
diens-

diendum missam in propria parochia.

**6** Qui audiens missam die festo intendit animum ijs quæ repugnant attentioni necessario debita p.m. vt qui in parte notabili Missæ loquitur, pingit, scribit, dormit, &c.

Qui excusatur à missa non tenetur supplere alia oratione.

**7** Qui audiens missam ex præcepto si alias presentia recitat, vt necessariam attentionem auditioni missæ non tribuat, p.m. sed si ita recitat preces sub præcepto, vt sufficienter attendat facio sub præcepto satis facit utrique.

Nemo tenetur ex præcepto intelligere, immo & audire verba sacerdotis, satis est adesse etiam ex longinquitate.

**8** Dominus, pater, herus, notabiliter negligēt subditos audire missam in festo, vel eos occupans in opus quod poterat differri, peccat mor.

Consuetudo qua nubiles puellæ sacram non audiunt non est toleranda si alio egrediuntur, vel eis permittuntur fenestra, verum detentæ à patre non peccant, nec mater, quæ in earum custodia remanet: sed pater peccat nisi faltem aliquando solēnioribus festis domi vel foris missas eius permittat.

Menstrua non excusat nisi siant cum magna debilitate.

**10** Sunt multi errores contra missam, & mul-

ta præcepta, quos refutat Concilium Tridentinum, & sessi. 25. vide ibi.

### *De secundo præcepto de ieiunando,*

*nunt. II.*

Vi credit se vincendum carnis tentationem, si talem cibum comedat, debet omni tempore ab eo abstinere sub peccato mortali.

Qui media nocte in medianam noctem die ieiunij, præcepti ab Ecclesia, comedit plures quam semel etiam cibos concessos pec. mor. nisi causa iusta, vera, vel putata, vel dispensatio excusat.

Si vigilia S. Ioannis incidat in die Corporis Christi, ieiunetur præcedenti die, i. serie 4. ex Leone t.o. ad legatum in Hispania.

**12** Vouens ieiunare, vel abstinere à carnis omniferia sexta, vel sabato si tunc incidat dies Natalis Domini, debet ieiunare, vel abstinere à carnis.

**13** In ieiunio licet bibere vinum, vel aquam quæ oties voluerit etiam ad sufficiendum, vel scandam famem, licet actus in se propter indigestionem videretur immodeatus, & peccat venialiter, tamen si adeat iusta causa, vt pax, soieras, excusat.

Acipere aliquid per modum medicinae, vel praegustare cibos, verbi gratia dominorum, li-

cet sunt oua, vel carnes, non frangitur ieiuniū.  
14. Lector mensa potest comedere aliquid, & post lectio nem cœnare.

Vesperi potest sumi collatio à ieiunantibus ex pane, vel fructu, vel vtroque iuxta morem regionis dummodo non sit uruitum, non solū ob potum: sed etiam ad sustentandam naturam licet non bibat.

Nō licet iērari mane, & cœnare vesperi, nec consuetudo excusat nisi ratione medicinæ, debilitatis, vel necessitatis agēdi aliqua necessaria.  
15. Qui facta cena tempore ieiuniij surgit à coena animo amplius non comedēdi, & deinde revertitur ad cœnam, & comedit frangit ieiuniū.

Notabiliter magna collatio frangit ieiunium: ut communiter sit, in vigilia Natiuitatis.

Qui sepius in ieiuniū comedit tantum in secunda comeditione p.m. non in alijs, si edat cibos veritos, tunc toties quoties.

Licet in iure communia oua, & lacticini prohibeantur in ieiuniis quadragesimæ, & non in alijs ramen seruanda est cōsuetudo sātem. 40. annorum.

16. Causa iusta excusans est triplex: impotencia, necessitas, maius bonum.

Impotencia excusat pueros vsque ad 21. annum: quamvis expeditat eos affluescere: & ob aliquam necessitatem possunt compelli.

Eximit

Eximit senes sexagenarios: & quia alij alij ciuius seneccunt, ideo arbitrio prudentis, vel superioris id relinquendum est.

Eximit mulieres grauidas, & nutrices: immo si ieiunant peccare: nisi ita robustæ essent, vt una comedio sibi, & infantulo sufficeret.

Pauperes non valentes sibi querere cibum ad vnam comeditionem, non alios pauperes.

Infirmos non valentes vel non debentes tam comedere, &c.

Eos qui ita sunt in firma complexione, vt vacuo stomacho, patiantur vertiginem, vel dolorem capitis, vel nocte non valeant calere vel dormire.

Necessitas excusat in primis, omnis illa quæ à festo seruando excusat: aut quando facit aliquid ad vitæ, vel sui statutis decorem necessarium, aut ad vitandum damnum notabile: aut ad lucrandum quod raro lucrari potest.

Excusat etiā omnis operarius, vt faber ferrarius, agricola, qui nisi assiduo suo labore nō potest familiam sustentare, filios collocare, aut in studiis filios sustentare, necessaria ad decentem cultum sibi, & suis comparare: licet tandem ab obseruandis festis non excusarerur, & licet aliquo modo sint diuites, Excusat à fortiori qui ieiunando non potest facere necessaria ad suam vel aliorum salutem spiritu-

spiritualem, vel corporalem.

Concionatores ex officio vel obedientia docentes verbo, vel scripto.

Audientes confessiones. Item qui ieiunando non possunt fungitio officio ut par est, & magna iter fakturus, saltum pedes.

Maritus qui vixi aliter reddere debitum non potest. Coniux si ieiunando satius placere non potest marito.

17 Maius bonum excusat eos, qui non possunt ieiunando vacare sanctis operibus, & melioribus operibus: ut sunt opera misericordiarum spiritualium, & corporalium etiam si fiant cum mercede, dammodo principalis intentio non sit excusari a ieiunando, vel lucrum.

18 Peregrinatio voluntaria non excusat nisi inde resulteret magna edificatio pro ximitate maior fructus anime, quam ex ieiunio: secus si ad peregrinationem tenerur, nec commode diffiri potest.

Si dubitat an opus pium quod intendit excuser, consulat superiorem, ut seculatus, Episcopum quo absente Vicarium vel parochum, Monachum praelatum, & eius dicto acquiescat.

19 Vxor in ieiuniis votis voluntarie repugnat marito excusatur, in ieiuniis Ecclesie non, nisi cum marito oritur notabilis discordia, odium, scandalum, rixa, pecusatio, blasphemia, nec re-

*petit*

metu in rigore supplere aliis piis operibus.

20 Si quis bona fide putat se habere iustam causam ad non ieiunandum, non peccat morum si non ieiunat.

Ex qui dubitat an possit ieiunare sine notabilis damno sue salutis, confessarius deberet consulere, ut experiatur, & si damnum experientia cognoscitur, iuste potest cessare, quod si ad huc dubitar petat dispensacionem a superiori, si non vult adire non est absoluendus.

Qui non potest totam quadragesimam ieiunare sed bis, vel ter, tenetur bis, vel ter ieiunare, & satisfacit ieiunando.

21 Dispensare generaliter, ut nullus tenetur ieiunare, vel non illis vel illis diebus, est solius Papae dispensare vero singulariter cum illo, vel illo iuste de causa, vel ne illo, vel illo die, potest Episcopus, quo absentia Parochus.

22 Praelati non debent relinquere conscientias subditorum petentium dispensationem in ieiunio: sed potius benignae debent dispensare.

Dispensatio de non ieiunando, non concedit comedere carnes, laetacionia.

Nec dispensatio praeueniendi horam concedit non ieiunare.

Propter eleemosynam, quam quis facit non excusat a ieiunio.

23 Necessestas, vel iusta causa excusat ab inter-

*l* *gro*

gro ieiunio, non excusant secundum Caietanum ab omni parte ieiunii, debet enim sustentari quantum potest, quare excusatus à ieiunio edens carnes, vel oua, si sustentari potest eis, congruis ieiunio peccat morte.

24 Qui inuitat ad cœnam obligatum ieiunare sine iusta causa sciens, aut dubitans probabilitatem obimitationem fracturam ieiunium, peccat mortaliter, sed si scit in uitatu esse cœnaturum alibi, & ipse inuitat paratum cœnare nō consentiendo peccato: sed ob honestam causam, v.g. urbanicatis, non pec.

25 Pater familias, caupones, hospites, & aliam ministrantes ad se venientibus cibos quibus putat eos, sine causa ieiunii frigere, vel dubitare, p.m.

26 Quare tabernarii parati administrare cibos in die ieiunii, quibuscumque venientibus nulla admonitione de ieiunio facta, pecc. mor.

Qui in die ieiunij ministrat cibos prohibitos, sine consuetudine, legitima, vel dispensatione, pecc. mor.

27 Qui mane comedit in die ieiunij, per talam ignorantiam, vel incogitantiam, ut excusetur à violado ieiunio, tenetur ieiunare illam diem more consueto, ac si nihil comedisset, si autem illa comedatio fregit ieiunium non tenetur in posterum nec sequenti die, contra lataud. &c.

Notabiliter præuacians horam in loco con-

sue-

suetam edendi frangit ieiunium, si sine honesta causa fiat.

Obligati ad horam, non debent sine causa comedere in quadragesima, ante recitatū respergunt in aliis diebus ante nonam, hec ieiunium non frangeretur.

Qui famulos obligatos ad ieiunandum die ieiunij compellat ad opera incompatibiliā ieiunij, cum possit ad aliam diem transferri, pecc. mor.

Qui ieiunat diebus Dominicis et credens superstitiose tunc ieiunandum esse, contra consuetudinem Christianam, pecc. mor. fecus si ob alios bonos fines.

### *De tertio precepto, De solvendis*

*Decimis nn. 28.*

**D**ecimam, quæ vel est personalis, vel praedita, vel mixta, quæ quo ad sustentationē cul tus diuini, est de iure diuino naturali, quo ad quotam est de iure positivo, qui non soluit pecc. mor.

30 Decima quoad quotam potest minus: vel nulli, dummodo parochus commode sustentetur: ut fere in tota Italia seruator.

31 Decima personalis non debetur, ubi est cōsuetudo legitime prescripta non soluendi.

L 2

Qui

Qui in soluendis decimis deducit impensas, quas facit, aut partem peiorē decimat, peccat.

Qui soluit omnes decimas debitas, sed non ubi, quando, & cui iure, vel consuetudine legitima debetur, nisi interueniat pactum legitimū inter Ecclesiasticos, & laicos, peccat mortaliter, & qui subtrahunt, aut impediunt decimas excommunicantur, in Concil. Trident. sess. 25. cap. 12.

32 Qui primitas iure, vel legitima consuetudine, ybi, & quando, & cui debet non soluit peccat.

Confessarius, vel cōcionator, qui non hortatur ad soluendas decimas.

*De quarto praecepto. De semel in anno confitendo. n. 34.*

**Q**ui habet discretionem v. g. puer discipiens bonum à malo, & potest, id est, haber copiam confessarij, vel nisi ex consilio confessarij in longius tēpus differatur, omnia peccata mor. (qui de venialibus non teneat sub praecepto simpliciter) semel in anno, & cui debet non confitetur, p. m.

Omittere confessionem in uno anno est unū peccatum mortale, sed quoties deliberat omittere, toties p. m.

35 Qui

35 Qui extra etiā quadragesimam non confitetur quando obligatur, ut in quinque casibus positris. c. 2. n. 6.

Qui non reiterat confessionem quando fecit, vel scire debet, quod est reiteranda, p. m.

Qui potest ore proprio, & propter segnitie, vel pudorem confiterit per scriptum, vel nuncium, p. mor.

Qui non potest ore proprio, non tenetur confiteri per scriptum, vel nuncium, sed si faceret teneret confessio, & absolutio etiam per scriptum missat.

Qui mentitur affirmando, vel negando peccata mortalia in confessione, p. m. nisi putaret sancte, se posse nimis accusare, sine animo delapidandi sacerdotem.

38 Qui mentitur in confessione affirmando, vel negando peccatum mortale, alias legitime confessum, vel, veniale nunquam confessum non peccat m. nisi sit cum juramento, vel perniciem, vel nulla alia subministretur materia.

39 Qui inter confitendum proponit non confiteri aliquod peccatum, si confessarius non interrogat, peccat mortaliter, & debet hoc ipso puniri.

40 Confiteri ob finem mortalem, est peccatum mortale, ob veniale veniale.

Ita confiteri: quod si non esset aliquis respe-

L

Aus

**C**ausa, ut timor mortis, &c. non confiteretur nisi p. mor. nisi illum respectum pluris ficeret quam confessionem, quod raro evenit.

**41.** Qui ne perdat suam bosam existimat nec apud confessariū propriū, confiteretur grauia & obsecra peccata alii, & leuiora proprio, nō peccat.

Qui sine necessitate laico, vel non presbytero, confiteretur, vel cum necessitate animo, accipiendo ab eo sacramentalem absolutionem, vel imprudenter se infamat, &c. nisi simplici, & bona fide putet id licite fieri posse, pecc. mor. & deber eadem peccata alio tempore, suo sacerdoti confiteri.

**42.** Qui confessionem bonam, factam sepius, scrupulose iterat cum periculo despiciendi, vel scandalo notabili confessarij, vel infamia tertij, pecc. mor. alioquin venaliter: quia scrupulosus turbat tranquillitatem conscientia.

Semel confessus, & absolutus à prudenti confessario debet quiescere: & si qua occurruit quae nescit, an sit confessus, debet credere, quod est confessus, quia nullum est periculum cum non certo sciat illa non esse confessio: moribus enim, quo laborat eum excusat in iis, in quibus bene compositus debet dubitare: lege ibi.

Recte confessus, etsi non teneatur, tamē si rei terat confessionem causa deuotionis, conscientia quieta, siue tñdio confessarij, & impedimento alio

rum

rum bonorum, benefacit.

**43.** Qui penitentiam iniunctam à confessio: nō acceptat, & in satisfactionem peccatorum mortalium nō adimpleret, peccat mortaliter: quia penitentia propter veniam si sine contemptu nō adimpleretur non est peccatum mortale.

Qui aliquid à confessario consulcum, dictu: praeceptum, reuelat post confessionem in dñm virtute, salutis, fama, vel bonorum eius, p.m.

*De quinto precepto Ecclesie, De communione in Paschate, n. 44.*

**Q**ui non communicat intra octo dies ante, vel post pascha peccat mortaliter, nisi de licentia proprii sacerdotis, ulterius differat: & nisi adiit impedimentum nulla sua negligentia interueniente, & vbi est consuetudo communandi, quodlibet quadragesimæ die, satis est illi conformare.

Qui non communicat in paschate, tenetur infra annum communica: e sub p.m.

**46.** Qui communicat credens vel credere debet se mortaliter culpæ reum, aut cum animo faciendo aliud peccatum mortale, vel ex ignorantia affectata, vel procurati id ignorat, vel crausa, p.m.

**47.** Sed dicitur, quis dispostus, vt bene posset credere; qui a thibita diligentia debitam recordatur.

L. 4. do.

do, & consulendo viros doctos, non meminit peccati mortalis, & probabiliter credit se contritum esse, vt dicere possit Deus, paenitentia omniū peccatorum mortalium mortalium: & propono, nec ea, nec alia facere in posterum: & hanc propter Deum.

48 Qui irretitus aliqua censura contra prohibitionem Ecclesie, communicat p. m. nisi illæ censu: x in se essent nullæ, & sine scandalo comunicaret.

49 Qui habens copiam confessarij, & qui si ne scandalo potest à mensa communionis recedere, &c. communicat ante confessionem actualē omnium mortalium, licet sit contritus, pecc. mor.

50 Qui non communicat quando debet, ex eo, quia non vult remittere, restituere, &c. peccat mor. de nouo.

51 Qui intra diem naturalem habet copulam, vel pollutionem, etiam illicitam, & confessus, & contritus communicat, nisi adhuc notabilia distractio non. pecc. mor.

Coniugatis satisfacientes matrimonio, si communicant non peccant, saltem mortaliter.

52 Qui communicat in quoconquo die anni, non à proprio parocho, nisi ignoratio excusat, p. m. & sacerdos est excommunicatus, nisi ex facultate id faciat vel Papæ, vel parochi.

Qui

Qui habent priuilegia fratum minorum polunt semper administrare hoc Sacramentum, excepto pachate, in quo, sive communicet ad satisfaciendum praetexto sive non, non potest extra parochia communicare, nisi de licentia salte ratica parochi, de qui c. 9. n. 5.

53 Qui communicat post cibum, vel porum media nocte el apsa sumptu, ex propostio, etiā quod sit per modum medicina, vel sit ipsa medecina, cum ita agrotat ut differri in aliud dicunt possit. p. m. Quod debet esse ex propostio, quia deglutire aliquid relatum in dentibus si praecedentie die, vel dum os lauat, vel ius, vel viuunt gurgit, si quid cadat per modum saliuue non impedit communionem.

Cenare prōpē medium noctem, & mox non dormire & non digerere non impedit, nisi ex officio, si habet mentem turbatam deberabstiuerē. Inservimus, qui non potest expectare in sequente diem, potest non ieiunus communicare, sed non celebrare, etiam quacunque necessitate, vel imperio, cuiusvis superioris, praeter summum Pontificem.

54 Qui pluris eadē die communicat, vel celebriat p. m. exceptis aliquibus casibus: Sacerdos extra celebrationem si cōmunicat, sine stola, vel cotta non peccat.

55 Parochus qui propter peccatum occultum subdit,

Subdicitur audictum in confessione à quo non est absoltus, si tempore quo iure debet continuare subditus publice communioem, nec eam subdito administrat, p.m. aliter non debet, ut h[ic] peccatum est notorium, & publicū immo-  
tuum recte eum penituerit, & sit confessus, si satis faciat scandalizans in aliquo modo, non debet ministrare ei nisi in secreto. 56. Loqui-  
tur de audito in confessione, quia propter aliud  
de audiendum, non potest denegari communio publicē peccata, licet post secreto, & hoc tantum  
in paucitate, quia in aliis temporibus debet de-  
negare.

57. Superiores, vt pater familiæ notabiliter ac-  
cligentes, vt sui subditii ad id obligari tempore  
quo communicent, peccant mortaliter; prafer-  
tim si sciunt eos non communicatores nisi se  
admonitos.

Puer secundum bonam cōsuetudinem prius  
obligantur confiteri, quam cōmunicare: & qui  
debent admoneri, vt communicent non pec-  
cant si tardius, quam par est, cōmunicant, sed  
peccant, qui non admonent: quod si dubitanti  
consuluntur confessarios peritos.

Quia laicus, vel clericus extra sacrificium Mis-  
se, cōmunicat sub utraque specie.

Monichi, & Monachæ Sancti Benedicti qui  
non cōmunicant singulis mensibus, peccant  
mortali-

mortaliter, vbi est exhortatio ad frequentationem  
sacramentorum.

## nume. I.

Sacramentum est signum rei sacrae; confite-  
ratiam ex opere operato. Tria sunt irrete-  
rabilia, baptiſmus; confirmatio; & ordo.

2. Errores circa sacramenta ex Sess. prima Cō-  
cil. Trident. suu[t] tantum septem, & quodlibet  
constat ex materia, & forma.

3. Qui credit aliquid ex damnacis in Concil.  
Trident. circa sacramenta, p.m. sciens, vel debet  
scire, si vel scripto exprefserit est excommuni-  
catus in bullâ Cenx.

4. Sciens se reum peccati mor. vel scire debet  
nisi se conterat, vel alterat putans cōtereret, p.  
mor. administrando, vel recipiendo sacra-  
menta, & in Eucharistia nisi confiteatur.

Peccat mortaliter qui ab excommunicato, in  
terdicto, suspenso à tali administratione, vel de-  
nunciatio pro tali, vel publico concubinario re-  
cipit sacramenta, nisi sit baptislaus; vel commu-  
nio tempore necessitatis: & dicitur notorius cō-  
cubinalius, qui est talis per sententiam, vel con-  
fessionem factam in iudicio, vel per euidentiam  
rei, qua nullo modo potest celari.

Qn

Qui invitat ad ministranda sacramenta in peccato mortali, quem scit non penititurum & hoc sine necessitate, & ipse sit causa, ut minister, aliter enim non ministraret, p.m.

Qui verbo, vel facto notabili irrecuerdiam facit sacramento, pecc. mor.

*De Baptismo.*

**B**aptismus est sacramentum aquæ naturalis, quæ unus ab alio in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum debita intentione abluitur.

6 Multi errores de baptismo condemnati à Concilio Tridentino.

Infans qui baptizatus sine solemnitate, moritur est sepelius in loco sacro, etiam cum solemnitate sepulturae.

Peccat mortaliter qui credit condemnata in Concil. Trident. de Baptismo, & si expiavit verbo, vel facto est excommunicatus in bullâ Coenac.

Qui baptizat vel baptizatur bis p.m.

Qui est in culpa notabili, vt quis moriatur sine baptismo, pecc. mor.

Qui baptizat in peccato mortali, vt si baptizetur impoenitus, p.m.

Obstetrix nesciens veram formam baptismi.

Clericus

Clericus baptizans sine necessitate, peccat mortaliter.

7 Presbyter baptizans sine solemnitate, vel cum solemnitate extra Ecclesiam, nisi filios principum pecc. mor. Clericus non presbyter baptizans soleniter est irregularis.

Peccant qui infantes recenter natos non solemniter faciunt baptizare.

Peccant mortaliter mulieres baptizantes, praesente viro, vt laicus praesente clero, & clericus minor praesente presbytero.

Qui non lauat durante prolatione verborum, peccat.

Quivngit baptizatum christmate præteritianni sine fine necessitate, p.

Qui sine facultate baptizat non suum parochiam, peccat, sed non statim est excommunicatus.

*De Confirmatione.*

**C**onfirmatio est sacramentumunctionis christi matis consecrati, quo Episcopus frontem baptizati inungit sub certa verborum forma.

9 Peccat mortaliter, qui non Episcopus confirmat, vel Episcopus cleo non consecrato, vel non ex balsamo, vel non debita forma.

Qui ex contemptu omittit, p.m.

Qui

174. *De Sacramentis Eccles.*

Qui sine partino confirmatur credēs id estio ex praecopo.

Suscipiens, & ministrans ordines ante confirmationem sciente sine contemptu. p.v.

*De Eucaristia. n. 10.*

**E**ucharistia multiplicititer vocatur, & est sacramentum quo sub specie panis, & vini verum corpus, & sanguis Christi continetur.

Peccat mortaliter, qui scire debes non credit definita à Concil. Trident.

Peccat mortaliter, & est excommunicatus qui eiū disputando defendit, contrito ante actualem confessionem de mortali, licere communicari.

sc.

*De Penitentia.*

**E**st sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditū, & confitentē legitime sua peccata, cili iusto dolore, & proposito satisfaciēd, absolvit ab eis.

Peccat mortaliter debes scire, & non credes determinata in Conc. Trident. de penitentia.

Qui absque contritione, vel justa attritione,

vel

*Cap. XXII.*

vel sine preposito abstinenti, vel restituendi, confiterur, peccator.

Qui procurat absolui à peccatis ante absolutionem excommunicationis, aut à non presbytero, aut excommunicato denunciato, aut suspecho, aut innotorio, sine necessitate, aut à peccatore non penitente, de quo supra cap. 9. au. 5. & cap. II. au. 12.

*De Extrema Vnctione.*

**E**st sacramentum, quo presbyter vngit certas corporis partes, infirmis probabilitate periclitantibus oleo consecrato, certa verba cum debita intentione proferendo.

Freneticus, qui potuit peccare, si ante frenesia petiit vngi, vel si recordatus fuisset, petiatur, nec in pec. mortali innotorio insaniuit, est vngendus, etiam ante pubertatem.

Si dubitetur, an sit mortuus, potest vngi sub conditione, si non est mortuus, non tamen si appetere est mortuus.

Si postquam eccepit vngi, moriatur, defisteret ab vngiorie. Eieri potest, ut moriens non vngius damnetur, & vngius salueretur.

14. Qui morbo, vel senio moriuntur, vngiatur, non alij, quia illi iudicio turbatur, & magis

gl

176. *De Sacramentis Eccles.*

gis impugnatur.

15. Peccat mortaliter, qui debens scire illa, quæ sunt decreta à Concilio Trident. & non credit, & si exprimat excommunicatur.

16. Qui contemnit pro se tempore necessitatibus, petere vocationem, vel pro subiectis suæ curæ, pecc. mor.

Qui sciens se in mortali salte, sine debita attritione, vngitur, pecc. mor.

*De Ordine, n. 17.*

Ordo hic sumitur pro sacra ordinatione, & actu, quo homines coaptantur in Ecclesiasticum ordinem, & est Sacramentum, quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam,

Peccat mortaliter scire debens, & non credens statuta Concil. Trident.

Est opinio Nauarri, quod quartuor ordines sunt vere, & propriè Sacramenta, i. tres maiores, & Episcopatus, reliqui verò sunt sacramentalia.

Peccat mortaliter, qui cum conscientia, peccati mortalis accipit hoc Sacramentum, sed dubitosa est, qui ordines sunt Sacramentum.

Peccat mortaliter, qui contrauenit novis statutis Concilij Tridentini: quæ sint, vide

Cap. XXII.  
in capit. 25. nume. 68.

177

*De Matrimonio. nn. 19.*

Est Sacramentum, quo fit maris, & fœminæ coniunctio; indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: & confert gratiam ex opere operato.

20. Materia huius Sacramenti est mutuus consensus, explicatus verbo, nutu, & aliquando taciturnitate.

21. Matrimonium diuiditur, quoad thorum, & vinculum, ante copulam carnalem, per professionem solemnen religionis approbatæ. Itē ante consummationem per dispensationē Pape iusta de causa factam.

Matrimonium contractum inter infideles, etiam post consummationem diuiditur, si unus conuertatur, & alter noluerit cohabitare sine contumelia creatoris, vel si inducat cum ad mortale.

Matrimonium diuiditur, quoad thorum, & habitacionem, non quoad vinculum, auctoritate iudicis propter fornicationem.

Item ob fœniciam coniugis, vel ob alias causas.

22. Matrimonium diuiditur, quo ad thorum tantum ob fornicationem, sine iudicis sententia.

M

Catho-

Catholicus potest discedere à cohabitatione Lutheranæ inducentis ad suum hæresim.

Sic quilibet à coniuge quacunque, inducens ad quodcuusque peccatum mortale, si aliter non desistat.

Vxor potest discedere à viro nimium fideli, vel laxo animo, vt inducat in domum amicos impudicos, & egrediatur ipse cum graui periculo peccati vxoris, si tamen admonitus non desistat.

Vxor potest discedere à marito fure nolente defistere, sic ab apostata inducente ad apostasiam.

Coniux non potest recedere à coniuge propter morbum gallicum, vel lepræ, nec propter amentiam, nisi esset periculum mortis.

Vxo non discedens à marito adultero publico non peccat, nec si perseverati reddat, vel peccat debitum modo ei adulterium illud, non placet, & putet probabilius, quod si debitum negaret adhuc nos defisteret.

Item dicendum de viro respectu vxoris, si nō posset sine p̄ optione, vel publico damno, vel iudicio ab adulterio desistere, &c.

23. Adulterio publico, siue secretus, licet nō possit retere debitum, tanquam iure debitum, potest tamen petere tanquam sicutum, siue innocens coniux sciat, siue non sciat adulteriu, licet possit

possit illi denegare. Si vero innocens adulterauit, tenetur reddere, quia facta est compensatio, aliter non absoluatur.

24. Qui ante Concilium Tridentinū clam contraxit, & cōsummatu, & coram iudice negavit, si vxor nuptierit alteri, non potest ipse religio nem ingredi.

25. Sponsalia non sunt matrimonium, sed promissio mucua, & reciproca. Atre, & iuramenta non sunt necessaria.

Spontalia soluuntur primò, Per partium remissionem, licet fuerint iurata per Deum.

26. Per ingressum alterius in religionem, & afferante professionem illius potest cum altera contrahere.

Per contractum matrimonii alterius de presenti, & non sequuta copula, vel per alia sponsalia cum copula, affectu maritali, si vero secunda sit cognata prima, neutram ducere potest.

Per alterius ad aliam regionem migrationem haec iusta causa, vel si non redit infra tempus statutum à iudice, vel à lege.

Per superuenientem affinitatem, intra gradus prohibitum ante copulam maritalem.

Per abolutionem iudicis ex eo, quia contractus infra pubertatis annos, si vero ambo, vel alter eorum esset minor septem annis, non esset impedimentum publicæ honestatis, & possente

180 De Sacramentis Eccles.

cum cognatis contrahere.

Per tempus præstitutum ad contrahendum  
de presenti elapsum.

Per superuenientem fornicationem alterius,  
non per præcedentem; nisi incognitam; idem  
defornicatione spirituali.

Per votum castitatis præcedens, non per sub  
sequens, excepto voto religionis.

Qui promisit alicui non ducere aliam, nisi il  
lam, non tenetur ducere illam, licet aliam liceat  
ducere nequeat.

Per superuenientem inimicitiam capitalis;  
si non stat promissis; ut de dote, & si sponsa cor  
tam dotem non promitterit, videtur omnia sua  
bona promittere. Item si stat pauperior non te  
netur ducere.

Per famam impeditum canonici ad contra  
hendum,

Per susceptionem ordinis sacri tenetur.

Per superuenientem cognitionem legalem.

Propter morum asperitatem.

Per aliquod superueniens, quod si præcessis  
set non fuisset facta.

28 In his casibus, solvere sponsalia sine auto  
ritate iudicis est p.v. nisi in his, in quibus ipso  
iure cessant, vel sine scandalo.

Sponsalia transiunt in matrimonium de præ  
fessi, primo per copulam carnale affectu mar  
italic

Cap. XXXI.

tali secundo per declarationem cōsensus aper  
tam de praesenti.

29 Ad contrahendum matrimonium etas vi  
xi, est 14. a. anorum completorum, feminæ 12.  
completorum, ad sponsalia vero in utrisque 7.  
nisi potentia suppleat etatem.

Amens tempore amentiaz, non potest con  
trahere.

30 Impedimentum matrimonij duplex. Impe  
diens & dirimens; & Impediens tantum.

Peccat mortaliter, qui discredit dictis de ma  
trimonio à Concilio Tridentino, & si explicat  
est excommunicatus, & quæ sint, vide ibi.

Peccat mortaliter contrahens matrimonium,  
vel sponsalia ante debitum tempus, sed magis  
peccant gerentes curam eorum.

Impedimenta dirimentia n. 31.

Error personæ, vel conditionis seruilis annul  
lat matrimonium, nisi absolute consentiat  
in praesentem.

Procurans per errorem matrimonium, quod  
aliter non fieret, p.m.

Error fortunæ, vel alterius qualitatis non di  
mitit.

33 Condicio. Si seruus contrahat cum libera  
M<sub>3</sub> ignor-

132 Impedimenta diridentia matr.

gnorante statum viri nil sit, liber eum seruus putans eam liberam nihil sit, etiam si Dominus secreto eam manutinerit, & ipse inscius cu[m] haec modo libera rem habuerit, & per sententiam Iudicis debet separari, quod ad habitationem, si vero postquam rem sciuit, eiouis affectu maritali, vel si ante tanto affectu fuit, ut si rem sejusserit et c[on]senit, si seruus contrahit cum serua putans eam liberam in matrimonium tenet.

34 Peccat mortaliter Dominus, qui, consente[m] matrimonio serui, vel seruae, & non concedit locum a debito reddendum, nec eum vendere potest ad remotas regiones, unde impeditur debitus, secus si non consentit, quia tunc seruus magis tenetur Domino, quam debito: honestum tamen esset non cum vendere in regiones longinquas.

35 Vorum. Post votum solemne, contrahens matrimonium, vel sponsalitatem peccat, & est excommunicatus, & matrimonium non tenet.

Cogitatio. Qui contrahit existente cognatione paternitatis, & compaternitatis, peccat mortaliter, & matrimonium est nullum.

Tota cognatio est inter patrem, & baptizatum, & matrem, & patrem baptizati, licet inter baptizantem, & baptizatum patrem, & matrem, sed non inter patrem, & baptizantem, nec

Cap. XXII.

123

inter alios ex Concil. Trid. Ses. 14. cap. 2.

39 Maritus & vxor possunt esse patrini sine peccato.

Si ex aliqua incuria non designentur patrini omnes tangentes baptizatum sunt patrini.

40 Quando quis substantialiter baptizatur domi, & suppletar exorcismus, &c. in Ecclesia, domi nascitur cognatio impediens & dirimens, in Ecclesia vero, impediens non dirimens.

Cognatio spiritualis superueniens matrimonio contracto; non solvit matrimonium, sed impedit petitionem debiti.

Ita est restricta cognatio ex confirmatione, sicut ex baptismo per Concil. Trid.

Pater in necessitate baptizans filium ex confirmatione, non potest contrahere cu[m] matre filij.

41 Consanguinitas est quando unus nascitur ab altero vel ambo ab eodem pendent.

Affinitas est quando rem licet am, & illicita habet cum consanguineo alterius.

42 Vt sit affinitas requiritur seminatio perfecta, ut intra vas naturale ad generandum semen emitatur, non autem propter aliam turpitudinem contrahitur.

Consanguinitas impedit usq[ue] ad quartu[m] gradu[m].

Affinitas vero ex illicita copula usq[ue] ad secundum gradum, & si contrahit in 3. gradu affinitatis illicita non peccant ex Pio V.

M 4 43 Qd

#### ¶84. Impedimenta dirim. Matr.

43. Qui credit, vel debens credere aliquam sibi consanguineam intra quartum gradum, vel affinem intra 2. & contrahit cum illa p.m. & est excommunicatus, nisi ignorantia excusat, si vero contrahit sponsalia peccat, & non est excōmunicatus, nū sequatur copula.

Idem de contrahentibus ante ætatem.

Qui credunt se cognatos, licet non sint, & contrahunt p.m. & si purant matrimonium nō valere est nullum, secus sic.

44. Cognatio legalis nascitur ex adoptione alicuius in filium, & est triplex.

Prima inter descendentes, & ascendentess, adoptantis, & adoptati, & hæc nunquam solvitur.

Secunda inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & vxorem adoptati, & adoptantis, & nū quam solvitur.

Tertia quasi transuersalis inter adoptatum, & filios adoptantis, & contra, & hæc solvitur celsante cura patris.

Contraheas cum hac cognatione peccat, & matrimonium est nullum, licet aliqui dubitent de transuersali.

Mater adoptati, cum adoptante non habet hanc cognitionem, sed filij, & vxores usque ad quartum gradum.

45. Crimen. Occidio coniugis causa contrahē-

#### Cap. XXII.

185

di utrèque machinante impedit & dirimit ipse perpetuum, sed si sit uno tantum machinante non dirimit nisi interueniat adulterium.

Si non occiditur causa contrahendi, licet sic satihabitio non impedit.

Adulterans scienter si dat fidem contrahendi, vel contrahit impeditur.

47. Inter scientem, & ignorantem matrimonij impedimenta, vt matrimonium valeat requiriatur denuò liber & nouus consensus ignorantis, post explicationem impedimenti in genere saltem, et si non in specie explicetur.

48. Cultus disparitas. Infidelis, vel cathecumenus si contrahit cum infidei peccat.

Si cum non baptizato non tenet matrimonium.

Si viuente prima contrahit cum secunda p. & est nullum.

49. Infidelium matrimonium non dirimitur si quis conuertatur, licet possit separare se à cohabitatione noleti conuersti, sed si non potest habitare nisi cum iniuria creatoris, vel periculo fidei potest aliam duceat, & iura canonica nō faciunt apud infideles.

Christianus cum haeretica, vel schismatica contrahens tenet matrimonium, sed peccat, sed nō tenet cum non baptizata.

Vis. Qui facit contrahere iusto metu peccat,

de

& matrimonium est nullum: sic & sponsalia, si vero mutata voluntate retrocedit, coacta noleat sine iusta causa superuenientem, peccat, Melius iustus excusans à peccato est quando eligitur unus malum ad eum tandem maius: meritis vero annullatio matrimonium est iudicandus arbitrio prudentis.

Ordo. Qui in ordine sacro contrahit, peccat & non valeret matrimonium, nisi merito fuisse et ordisatus, & est excōunicatus.

Vxoratus in se & coniuge suscipiens ordinem vel perens debitum, peccat, si conscientia etiam redens peccat, nisi coniux sit senex, & castitatem vocat, vel religione ingreditur.

Ligamen. Secunda auptiz. Qui vivente prima etiam alij nupta, & cum filiis, alteram dicit etiam non cognitam peccat, & matrimonium est nullum, & non potest absoluiri, nisi sit in firmo proposito non cognoscendi eam, & debet post mortem primæ contrahere cum secunda denuo.

Pio mortis primi, sufficit fama, si est de longinquitate, ut si erat senex, aut preluis ingressus non apparuit, & ita scriberent communites, &c.

54. Qui probabiliter crederas virum mortuum contrahit cum alio, & postea per nuntium auditum rūtere, si credit: vel debet credere, non potest reddere, nec petere debitum.

55. 56.

55. Si rationes dubitandi sunt adeo graues, ut neutram partem credere debeat, iudicio prudenter, nec petere, nec reddere potest: si adeo leues ut utramque partem credere possit, potest reddere, & petere submota dubitatione, si mediocres, ut ad præiudicium tertij non sit credendum, sed in suum, sic potest reddere, sed non petere.

57. Qui credens uxorem vivam, licet re vera sit mortua, & contrahit, peccat, & si putet matrimonium non validum non tenet, si putat esse validum, licet peccaret tener.

Honestas. Qui contractis sponsalibus, vel matrimonio validis eum una contrahit cum alia cognata in primo gradu peccat, & matrimonium non valeret, & si haberet copulam cum secunda, cum neutra potest contrahere.

58. Hoc impedimentum non nascitur ex contractis cum consanguinea, vel affini inter gradus prohibitos, aut in ordinis sacro vel celibato, licet nec a sponsalibus a parentibus factis cum aliquo consenti sponsa: sed tantum ex sponsalibus validis cum consanguinea in primo gradu.

59. Impotencia. Qui credit, vel credere debet, se impotentem perpetuo ad copulam ordinariam perfectam, si contrahit, etiam sponsalia, peccat, & matrimonium non valeret.

60. Illud impenitentius est perpetuam quod sine miraculo, audite probabili periculo amissione.

57. 58.

ma, vel corporis tolli non potest; & hoc impedimentum sive sit naturale, sive accidentale.

Qui est porcū, & scienter contrahit cū imponētē non potest reparari sine consensu imponētis, nec potest vti matrimonio ad delestationē carnalem; sed viuant, vt frater, & soror.

60. Qui verē matutus est, & non potest seminare, licite potest niti, & vti uxore ad habendam copulam ex Caiet.

### *Impedimenta impeditia & non dirimentia.*

16. **Conditio**, contrahens matrimonium, vel sponsalia cum conditione mortali turpi, pecunia. Contrahens, cum conditione, si non expectato euentu cum alia contrahit: vel mutat voluntatem, vel expleta conditione promissum non praefiat, pecunia m. & non est absoluendus, nisi promissum praeferat, vel firmiter proponat.

62. **Conditiones** sunt in triplici differentia, Prima, quæ sunt contra substantiam: vel bonū matrimonij, vt contra prolem, individualitatem & fidem, nullificant matrimonium. Secunda, quæ quidem sunt turpes, & impossibilis: sed non contra matrimonium ac pro nihilo habentur, & matrimonium tenet. Tertia, quæ sunt honestæ, & à principio suspensiæ: ponuntur,

suspen-

suspendunt matrimonium.

Contrahere cum conditione, si meus pater voluerit non est matrimonium, antequam pater consentiat.

63. Contrahere cum conditione si meus pater noluerit si pater est mortuus, & filius id nesciat, matrimonium non tenet, sed si filius sciat, tenet quia est conditio impossibilis.

Si contrahat ante expletam conditionem tener, secundum matrimonium.

65. Qui dicit contrahere tecum si permiseris cohorti, si intelligit de coitu illicito statim est matrimonium, etiā ante coitū, si loquitur de coitu licito, si coit affectū maritali est, matrimonium.

66. Qui dicit contrahere rectū si te virginem inuenire si intelligit per inspectiōnem terminas hōnestā, est matrimonium conditionale; si intelligit per copulā carnalē, statim est purū matrimonium.

68. Interdictū, contrahens contra prohibitorum patrochii; vel superioris aere, nam confiteri non esse impedimentū oppositum, p. & si vero non subterat impedimentū, matrimonium tenet.

69. Contrahens clandestine, sive iusta causa peccat, vel publice sine tria admonitione.

70. Qui contrahit sine patrocho, vel alio de licētia parochi cum duobus testibus matrimonium est nullum, & sacerdos, sive licetia eos conjugens est suspensus: & sic Conc. Tridentino annulat

annullat omnia clandestina, nisi haec:

Contrahere nunc in facie Ecclesie, est promissa tria denunciatione coram parocho, & duobus testibus contrahere, sed si fine causa emititur tria denunciatio, est clandestinae sed valet matrimonium.

Contabentes publice cum sufficienti denunciatione, si propter aliquid impedimentorum occultum matrimonium est nullum, est necessarium, ut denuo contrahatur illo sublato, non sunt necessarij paroibus, & testes.

Supradicta cause quibus Episcopus potest relixere denunciations, ut si impenitentem coniugium, vel si contrahens nobilis, cum magna obilitate, cum pauperem, senorum, cu[m] a telo occulit, &c. 71. Qui tempore prohibitionis, id est, ab Adventu ad Epiphaniam, & a die Cinerum usque ad Octauam Paschatis accipit benedictionem nuptiarum: vel solemnitatem tralucit sponsam, peccatum, sed non qui sponsalia vel matrimonium de praesenti contrahit.

Consummatio per copulam absque solemnitate nuptiarum, & solemni traductione, non est peccatum etiam tempore prohibito.

72. Catechismus. Eius instruacio fidei facta sollicitus a Sacerdote antequam baptizet, & pariter eadem cognationem quam patre baptizamus, & in eisdem gradibus, verum impedit tantum: sed

sed non dirimunt, sicut votum.

73. Votum simplex. Qui cum voto simplici contrahit matrimonium, vel sponsalia eti[us] cu[m] animo ingrediendi religionem post contractum p[ro] licet votum sit ad tempus, & intra tempus contrahat.

Matrimonium cum voto licet tenet, tam[en] ante consummatum matrimonium non potest reddere vel petere debitum sed debet in gratia religio ne post consummatu potest reddere, & non petere, & post mortuam uxorem, non potest ducere alias etiam si ursafer ducere, quia tunc instrumentum est illicitum.

Qui contrahit matrimonium cum ea, quae fecit ursafer, castitatem peccat.

Existeat in voto, simplici, & interroganti non valeat matrimonium si contrahat illud, qui responder quod valer si ex hoc respondeatur occasio violandi votum, peccat, si non, non peccat.

### Reliqua impedientia, & non dirimentia. n. 4.

**Q**ui contrahit post commissum aliquod ex his peccatis. id est incestus, uxoriolum seu matricidium, rapto sponsi alterius, suscep[t]io de fonte proprii filii ne uxor exigat debitum, presbytericidium, peccatum, propter quod facit iniuriam penitentiam solemnem, contractus

**192 Impedimenta impedi& non diri.**

tractus maritalis scienter cum moniali, peccat mort. sed matrimonium tener.

Incestus etiam cum cognata impedit matrimonium: sed Episcopus potest dispensare: vide ibilogam questionem inter Theologos, & Canonicas de hac re.

**76** Contrahens fide, id est sine animo contrahendi, peccat, & matrimonium non tenet, etiam post copulam nisi de novo vere consentiat, licet in ecclesia sit presumptum. Nec sufficit cohabitare cum ea tanquam cum propria uxore etia ex consilio Confessarij vel alterius, nisi coiret, vel cohabitarent animo sic contrahendi: cum illa de novo, aliter potest contrahere cum. i. & teneret matrimonium cum. 2. sed tenetur sub poche mor. stabilire plimum matrimonium, antequam cohabitare cum secunda, nisi tanta sit inæqualitas, ut animus decipendi presumatur, & tunc debet refarcire damnum.

**77** Mulier, sic decepta, vel potest alteri nubere, nisi probabilitate certificetur decipientem verum dicere, sed de hoc dicitur certificari quod stat iudicio viri boni, id affirmantis ex signis.

**78** Contrahens cum aliqua legitimis verbis, sed protestans sine causa ante a, quod per nulla verba quae dicit habet animum contrahendi, p. & presumitur in foro exteriori verum matrimonium, contra vero si sit cum iusta causa.

**79** Con-

**Cap. XXII.**

**193**

Contrahens matrimonium ob finem malum mortalem, p.m. ob veniale, v.

In foro conscientiae nihil refert quibus verbis vratur, satis est utriusque voluntas de praesenti, & promissio de futuro pro sponsalibus.

Non est necesse, ut simul loco, & tempore sit consensus, sat est, ut qui prius consenserit in eo perdureat.

Si tubefuerit impedimentum, quo consensus appearat nullus, sublatu impedimento ambo debent consentire.

**81** Excommunicatus maior, vel minor, vel existens in peccato mortali sine cōtritione cōtrahens, pecc. mor.

Qui post contractum matrimonium scit non valere, & rem habet, pecc. mor. Si vero dubitat est consideranda causa dubitationis, que potest esse tanta, ut sit ac si sciret, vel parua, ut sit nihil, vel media, & satis ad reddendum, non penduntur dictum.

Vt teneatur credere subesse impedimentum non, satis est unus testis etiam si sit fide dignus, vel iuratus, vel parochus, vel cum iuramento.

Si leviter credit, nec petere, nec redire potest, sed leviter potest deponere conscientiam.

Qui scit impedimentum occultatum natum ex peccato, debet prius admonere contrahentem, ut deficiat: sin minus, denunciet, etiam si illud

**N** **pro**

probare non possit, satis enim est unus ad impedendum.

Denunciatur si scit ex hoc oriri magnum scandalum, non tenetur denunciare, licet id possit probare.

Quando unus solus scit aliquos iuste ob iustam ignorantiam coiunctos, neutri parti debet impedimentum dicere, licet sciat, sibi adhibendam fidem.

Consummans matrimonium sine contemptu ante benedictionem non peccat.

Benedicens secundas nuptias ex utraque parte secundas, vel ex una parte tantum, peccat.

Item peccat qui non scit non debere benedicere, & facit se benedicere.

Contrahebant primas nuptias, & ante benedictionem contrahebentes secundas, debent benedicere in secundis.

### *De Dispensatione. Quis potest.*

Papa potest dispensare in omnibus impedimentis matrimonij iure humano introducitis, ut sunt omnia supradicta, excepta consanguinitate inter ascendentibus, & descendentes, & defectu erroris, & iudicij qui dicit defectum consensus.

Papa

Papa non potest dispensare super matrimonio legitime contracto, & consummato.

Episcopus potest dispensare in impedimento incepsus. Immo in omniibus impedimentis quae impediunt, & non dirimunt.

Episcopus potest dispensare in impedimento quod impedit, & dirimunt quando impedimentum est occultum, matrimonium publicum, & separatio est magni scandalū, & ad Papam, vel eius Nuntium non potest configi propter magnam paupertatem; vel alia legitima impedimenta.

Quando matrimonium est nullum propter aliquod impedimentum, si Papa dispusat debet de novo contrahi secreto, & non satis est cohabitatio, & coitus.

Papa cum difficultate dispensat inter contrahebentes, & consummantes matrimonium inter gradus prohibitos, propter verba Concilij Tridentini, Ses. 24. C. 5.

Caulæ ad dispensandum intra quartum gradum solent esse, defectus dotis competentis, ex ratio-magnæ licet, & quod maior pars sibi patrum in sua Civitate, sunt sibi consanguinei in quarto gradu, vel affines, & non habet dominum sufficienter ad nubeculum extra illam vibem.

Defectus dotis competentis cum poscente se

N<sup>o</sup> 2 est

est statim ad dispensandum, & non requiritur defectus ad contrahendum cum quolibet sibi pari.

*De settem peccatis mortalibus.**Cap. XXIII. num. 3.*

**S**epem peccata dicuntur capitalia, seu mortalia, non quia sunt peiora aliis, vel sapientia mortalia, sed quia sunt fontes aliorum.

*De Superbia.*

**S**uperbia, i. Superbita pro habitu, est vitium inclinans ad appetitum inordinatum excellentiae proprieatatis, ut est excellētia.

Species superbiae sunt quatuor. Prima, putatio se a se habere bona natura, aut fortuna, aut spiritualia.

Secunda, licet puter esse a Deo, tamen bona gratia, sed ex sua iusta.

Tertia, attribuere sibi dona, quae non habet. Quarta, contemnere alios inordinate.

Peccat mortaliter expertens propriam excellentiam cum actuali contemptu subiectio[n]is Dei, vel eius legis, vel appetitus, praeponi Deo.

Peccat mortaliter qui iudicat deliberate, & aduertenter aliquid ex predictis quatuor esse falsum.

Peccat mortaliter appetens inordinatum excellentiam.

lentiam, vel de ea gaudens, cum notabilitate reuerentia Dei, vel damno proximi, licet non cum actuali contemptu Dei.

*De Vanagloria.*

**B**ona honoraria sunt quinque, laus, honor, fama, gloria, reuerentia.

Horum appetitus inordinatus regulariter, est venialis, sed in tribus, est mortalis, primo si est de male mortifero: secundo, si ultimus finis in eo collocatur, ad effectum transgrediendilegem Dei; tertio, si in finem mortalem.

Contemptus eorum regulariter, est venialis etiam inordinatus, sed est mortalis si contemnatur laus, manans de gratia gratum faciente, vel si finis ultimus in eo constituitur, vel sit propter finem mortaliter malum. 10. Appetitus, vel contemptus illorum quandoque tunc est ordinatus quando appetitur aliquid illorum de re vera, & de se bona, vel in differenti directa in finem bonum non in nimium, vel maius quam eius bonitati debetur, nec tanquam certum, & diuinum testimoniū, sed tanquam humanum, & incertū. Appetitus inordinatus, est quando appetitur aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferenti relata in malum, vanum, vel nullum finem,

nem, vel de bona maius quam eius bonitati de beatur, vel tanquam testimonium diuinum, & certum.

xi Filiae vanagloriae sunt septem, iactantia, iuuenatio nouitatum, hypocrisia, pertinacia, discordia, contentio, ingocientia, sed presumptio, & ambitio non sunt filiae, sed sociæ.

xii Peccat mortaliter, qui gloriatur de mortali apperens famam ex eo: Qui finem ultimum ponit in eo.

Qui pro eo proponit frangere preceptum sub mortali, ut famam ne infameretur consentire studio, & index ne priuetur officio iniuste iudicari. Concionator faciens vera sub præcepto dicenda, ne pulpitorum amittat.

xiii Qui se, vel alium laudat de re mortaliter mala, peccat mortaliter.

Qui se, vel alium laudat de re falsa, vel vera, non mala dans verisimilem causam damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, p.c.m. vel laudans se, vel alium bonum Sacerdotem, Confessarium, Judicem, Medicum, Præceptorem, & tenetur restituere damnum.

Qui falso laudatur sciens idem datum non notabile sequiturum, & non contradicit, p.m.

Approbatio tacita, vel explicita falsa laudis de re bona, vel veniali, est tantum venialis.

Quinou contradicit falso laudi, immo delectatur

tur

itur ex eo, quod evitetur scandalum, non peccat neque venialiter, dummodo non delegetur ex eo, quod falsa est laus, mendacium, vel adulatio tunc enim peccaret venialiter.

Qui instituta principaliter ad honorem Dei & que principaliiter facit propter vanagloriam, peccat, venia, sed si secundario sicut propter lamen humana relatam ad finem honestum, non est peccatum.

Qui imperitus exercet officium cum notabili irreuerentia Dei, vel notabili danno spirituall, vel temporali, ut concionando, consulendo, meditando, &c. peccat mortaliter si non est notabile, peccat venialiter.

Qui vtitur aliena iurisdictione, vel sua extra suum territorium, peccat mortaliter.

Qui sine auctoritate absolvit, vel commutat, vel dispensat vota, pec.mor.

Qui confidit se sine meritis, vel sine gratia cōfecutum gloriā, p.m. Item se esse peccatores nec priuatum in gratia.

Qui ab occasione, qua semel peccauit, & patet probabilitate se peccaturū, non abstinet, p.m.

Qui vult honorem de peccato mor. vel proper eum, pecc. mort. vel est paratus peccare m. peccat mortaliter.

Qui sine iusta dispensatione accipit plura beneficia incompatibilia, vel cōpatibilia, sed sunt

N

ultra

Ultra id quod requiritur ad honestam sustentationem, p.m.

Qui accipit beneficium Ecclesiasticum, spiritualiter principaliter propter honorem, vel virtutem temporalem cum sit indignus, pec. m.

Qui quererit officium nesciens exercere illud, p.m. nisi fiat ad bonum finem, & animo videnti consilio peritorum, quando fuerit opus, quem copiam habeat.

16 Qui se, vel suos iactat cum notabili iniuria Dei, vel notabili scandalo, vel iniuria, vel dano proximi, p.m.

17 Inueniens nouas vestes, nouas epulas, exercitia, ludos, &c. de se mortalia, vel in finem mortalem, aut in iacturam notabilem cultus Dei, vel danni proximi publici, vel priuati, p.m.

Vtens ornatu ad alliciendos alios in concupiscentiam mortalem sui, pecc. mor. licet non sequatur.

Ornans se ob vanam delectationem, eo animo, vt non desisteret si sub mortali prohibetur, pecc. mor.

Qui ob ornatum omittit preceptu sub mortali, vt missam in die festo, p.m.

18 Qui splendide pro sui status decentia more regionis se ornat, sed sine malo fine, no p. immo meretur, licet alter in suam concupiscentiam rapiatur.

19 Qui

19 Quietiam religiosus, vel religiosa modera te se ornat, immo etiam si notabiliter modum excedat ob vanam levitatem ostendendo suam pulchritudinem, & corporis elegantiā sine alia circumstantia, peccat tantum venaliter.

Qui se ornat splendidius quam status requirit non p.m. nisi ob id debita non solueret, vel debita alimenta suis non præberet.

Fœminæ ostendentes, & gestantes nuda pectora ad ostendendam suam eximiam pulchritudinem sine intentione mortali non, p.m.

Qui, vel quæ se vestit tam tenui velo, vt pudenda traluceant, p.m.

20 Augere, vel fingere maiorem pulchritudinem ornatu, & fuso, sine intentione mortali, licet sit mendacium operis, non est peccatum mortale.

Vti alienis crinibus non est p.m.  
21 Confessarius nesciens intelligere an sit, p.m. vel v. non debet denegare absolutionem, licet presentis putans se non peccare nolit defere à peccato.

Sicut debet absolui nolens relinquere veniam.

Nec confessarius persuaderet penitenti illud dubium esse mortale, sed ad sumum (atis eset) persuadere ei quod si est mortale nollet facere, & consulat viros peritos.

22 In-

do, præfertim quo laicis placeat, p.m. In genere  
quidem potest reprehendere, sed sine scandalo  
& est excommunicatus.

Religiosus concionando distingens se lutio-  
nem decimaram, p. & est excommunicatus.

Contraueniens præceptis Concilij Tridenti-  
ni, quæ sunt ut regularis in sua Ecclesia non nisi  
examinatur, & approbarus à suo superiore, cu-  
ius licentia a presentे Episcopo, benedictione  
ab eo petendo, prædicet. In Ecclesia vero non  
sua, est opus licentia Episcopi. Episcopus, non  
finat prælicare regularem extra clauſtrā viuen-  
tem, nec seculares nisi confiter de doctrina, &  
monibus. Item nullus etiam in Ecclesia sua præ-  
dicet contradicente Episcopo.

Episcopus in sua Ecclesia per se, vel per alium  
in festis prædicet, in aliis Ecclesiis per alios.

In Aduentu, & Quadragesima saltem tribus  
diebus in hæbdoma, & in festis, euret exponi  
légem diuinam populo, lingua vernacula, & pue-  
ros instruatur.

Non permitat prædicari incerta, & speciem  
falsi habentia similiter faciant, & omnes haben-  
tes curam animarum.

De

De peccatis coniugitorum n. 144.

Percant modis 4. q. cap. 12. num. 30. & seq.

Non complexis sponsalia clandestina, p.

Qui post concilium vtitur matrimonio pre-  
sumpto per copulam carnalem habitan-  
tium.

Qui discedit à matrimonio contracto cotam  
parochi habitacionis feminæ, etiam si non videt  
fuerit parochus habitacionis viri, p.

Qui vtitur matrimonio contracto publice  
coram populo, sed nō coram parochio, vel alio  
presbytero de licentia parochi, vel ordinarij, p.

Congregatio Cœc. est interpretata sufficiere.

Et requiri parochiuma mulieris, & non viri.

Quod ad se grata confessi ergam confessio.

Docet conscientiam erroneam si putet, pede-

caturum non peccatum, censura, non cca-

sarium, & contra.

Pro qualitate personæ arguat, vel modeſte

laude.

Perceperit docto, & frequenter peccata con-

fessati diligenter, aut nihil dicat, aut ut solu-

id faciat quae nouit facienda.

3. Faciat cum accusare de lis que non meminit,  
& inducat in propriatum non peccandi, sine ob-  
ligatione promissi, nisi cum ius id praecepit, &  
in excommunicato notorio absoluendo, vel in  
manifesto raptore, aut Ecclesia violatore, ut in  
futuro publico, & reuiniente publice perso-  
nis ecclesiasticis. Ne dubia affirmet esse mortalium, & deneget  
absolutionem, & sic illaqueat cius conscientiam  
in futurum, sed consularib[us], & doct[is], & per-  
sonis, ut velit facere quodcumque factum debet,  
e.g. filio doctorum, & absoluatur.

4. Non absolutus nolentem absolvire a peccato  
eo quod dexter est mortaliter.

5. In dubio peccato si confessio inquisitur de  
eo rectu, vel ratione, penitentis vero dubia, nos  
absoluer, sed si penitentia nescitur pars ratione, &  
habet aliquem de storea clarum absoluatur, fuisse  
parochus, sive non.

6. In dubiis an sit mortale secundum partem est esse  
peccata, in dubiis an hoc debet facere, & partem est  
migratoria obligatur ad restituendum de-  
bet inducere, ut quam cito eorummodo restituat,  
sicut peracta confessione promisit, & non re-  
linquit, non est absoluendus, nisi raro.

7. Non absoluatur a resiliatis sine facultate su-  
perioris: sed in absolutione excipiatur, peccatum

referendum, quod tantum penitentis debet co-  
liter superiori, vel obtinere licentiam per con-  
fessionem.

Qui prius absoluuit a peccatis quam ab excom-  
municacione, est factilegas, & mortaliter peccat,  
sic et absolucione valeat.

In absolutione ab excommunicatione est sen-  
tientia formis iuris, ut iurat parere super eos, man-  
datis Ecclesiae, & sibi faciat parti si est offensa  
aut debitum est notorium. 8. Soluat impensis fa-  
cilius consumata est notoria, si non potest, praeficit  
sufficienter cautionem, vel inter deinde cedat  
audacium humeros recitando. Misericordia, &c. &c.  
addat Absoluo te, &c. & habeat intentione ab-  
soluendi ab omnibus excommunicationibus.

9. Licet si h[oc] non seruiretur, absolutione carbo-  
nenet, nec sunt nuda mulieres absoluendae, ME-  
dicantes quando absoluunt in conscientia no-  
natur absoluere modo praedicto.

10. Ans absolutionem est imponenda paenit-  
tentia, tamen hoc non est necessarium: Ad casu-  
telam absoluatur ab excommunicatione maiori,  
& minori suspensione, & interdicto.

11. Forma ab solutione est: Ego te absoluo ab  
omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, Filii,  
& Spiritus sancti: & sunt etiam preces ibi po-  
ste, sed non necessarie, nec sunt verba addenda  
qui periculum. 12. Absolutio ab excom-

**233. Quomodo se gerat confessio erga confessum.**  
nicatione, vel peccatis non debet fieri sub con-  
ditione de futuro: bene potest fieri sub condi-  
tione de praeterito.

**13.** Qui confiteretur habentia auctoritatem absolu-  
nendis aliquo excommunicatione, & peccato  
referuato, & obtinuerit illius peccati, vel excom-  
municationis, & tamē absoluatur in cōmuni ab  
omni excommunicatione, & peccato in quantā  
potest, est vere absoluens ab excommunicatio-  
ne, & definit peccatum esse referuntū, nec ha-  
bet excommunicationem adiunctam. Vnde si  
scindas recordetur satis est confiteri peccatum  
quod recordatur simplici sacerdoti, non ha-  
benti potestatem ad referuata, vel excommuni-  
cationem. Hinc laudatur in lubilicis, & visitatio-  
nibus absoluens in cōmuni, ab omni vinculo eius,  
dilectus non recordetur.

**14.** Quando confessarius absoluens aliquem ab  
excommunicatione, vel peccato à quo non pa-  
terat, petat facultatem absoluendi eum ab illis,  
& soluat ab excommunicatione etiam absente.  
**15.** à peccato referuato. Vetus non nisi quan-  
do videbit eum esse in gratia: si facultatem nō  
habet, voleat ipsum, vt se absoluere faciat à ta-  
li casu, in quo ipse non poterat nec approbatur  
voleare ipsum, & fingere se velle instruere de  
alia re, & absoluere de peccato non absoluens.

De

**Cap. XXVI.** 239  
**De pénitentia iniungenda. n. 15.**

**C**onandum est imponere iustam péniten-  
tiā ne peccemus: iusta est quæ aequaliter pénitentia,

pro peccatis confessis in purgatoriō luendam.  
**16.** Deus solus illam nouit tamen relinquitur  
arbitrio prudentis confessarij. **17.** Nec canones  
taxant septem annos pénitentia pro quolibet  
pec. mortali, nisi velis loqui in foro exteriori.

**18.** Confessarius iniungenda pénitentia de-  
bet considerare qualitatē peccati, contritionis,  
personae vt sitne robustus an debilis, iuuenis an  
senex an aituetus pénitentie an nō, an sit magnā  
pénitentiam acceptatus, an acceptā nō factu-  
rus, an pauper, & ne sit in præjudicium tertij vel  
pro latore peccati occultū. **19.** Saltē admoneat  
quā pénitentia meretur & quam antiquirus dabat.

**20.** Si quis non vult hic facere pénitentiam,  
sed in purgatorio, est absoluendus leuissima  
pénitentia, vt

*Ave Maria.*

Si quis cum causa rationabili non potest fa-  
cere pénitentiam v.g. qui iam iam spirat, absolu-  
tetur sine ea.

**21.** Pénitentia ab uno imposta, potest ab aliis  
ministrari confessario, iusta de causa, & non audi-  
tis peccatis illis ob quæ fuit imposta péniten-  
T ria,

ria, dummodo hic confessarius habeat auctoritatem absoluendi à peccatis illis ob quæ sit inposita penitentia.

24 Nemo potest satisfacere ieiuniis, & orationibus, v.g. trium dierum impositis à confessario, ieiunando quatuor temporis.

Cessatio ab aliquibus peccatis, & emendatio vitæ, potest pro penitentia imponi.

Clericus omittens solitas horas canonicas, & impositas sibi pro penitentia, bis p.

25 Confessarius non debet consulere penitenti, vt relinquat officium alioquin licitum, in quo solet peccare, si timet eum casarū in aliū statū, in quo plus peccabit: secus si officium est illicitum, admoneat eum, vt fugiat occasio ne speccandi, & amplectatur remedia virtutum.

26 Quilibet sacerdos Catholicus non precisus ab Ecclesia potest absoluere quilibet in articulo mortis ab omnibus peccatis & censuris admixtendo, vt si conualuerit a deat superiorem praecensuris, non pro peccatis.

27 Phreneticus, vel mentecaptus, qui prius delidit signum contritionis, vt tollendo manus, tundendo pectus, etc per multis annos extiterit oblinatus in peccato mortali, nec nunc petierit sacramentum, est absoluendus à censuris si quæ incurrit, sed non à peccatis: est etiam communitandus, & extrema iustione iugendus.

Publicus iurarius factus amens licet det signum contritionis, tamen non est communicandus, vel sepeliendus, si hæres non præstat ea, quæ ipse debebat facere ante confessionem. (uendus,

28 Mutus si per signa fatetur peccata est absolu-

29 Infirmus inducendus in spem, in contritionem, & restituitionem certorum, certis, incertorum pauperibꝫ est dubium, an Ecclesiæ: nauar. videtur sic, & hoc statu, & confessari applicet indulgentias bullarum.

30 In absolutione pro bullis non est necessarium seruanda forma bullarum, satis est, vt seruetur ordo ieiuniorum, & eleemosynarum non bullæ.

31 Articulus mortis in hac materia non tantum est ille in quo quis moritur, sed etiam ille, in quo probabiliter timeretur mors.

Absolutus in via infirmitate periculosa per bullam, si conualefecit non potest absoluiri in alia nisi hoc exprimat bulla.

32 Excommunicatus, qui contritus moritur, post mortem est absoluendus ab eo, à quo in vita potuit absoluiri, nec exhumandus est ad flagellandum si in loco facti estatis enim est flagellare sepulchrum: secus si est in loco non facto.

33 Non confessus per annum, & moriens sine signo contritionis, non sepeliatur in loco sacro.

34 Morienti non imponat magnum peccatum extremitatem, sed porius excite ad spem, quæ ad timore, correborerit in fide simpliciter, ut in-

tem separat à cognatis, & mundanis, & poterit se certo moriturum, quod licet sit durum, tamen salutiferum est, &c.

*Admonitio pro condendis testamentis  
in morte. num. 36.*

**T**estetur in principio morbi, ne mox impediatur à succedentibus ab intestato, Impedire testamentum, querendo testes, & Notarios, ne alii aliquid relinquat, est peccatum, & tegetur ad restitutionem: nō autem moderatē precari, ut sibi potius quam alteri relinquat.

Opera pia, & suffragia, que in testamento mandantur debent mandari in statu gracie, alioquin non iuvant ad salutem, licet mox redeat ad gratiam, sicut sunt opera mortua in peccato mortali facta, ideo debet prius confiteri, & communicare, & dubium est, an ad satisfactionē poenarum in purgatorio, quare consulendum est testanti, ut testamenta prius facta post confessio-nem, & communionem ratificet, & offerat Deo. Testator sine legitimis hæredibus non tegetur relinquere cognatis pauperibus, nisi in extrema necessitate: Item potest relinquere maiora sua bona filio minus digno: Item an possit ex hæreditate filios, num. 3.

Patres

Patres non possunt minuere filii bona eis debita, vel annullare veras donationes, & non onerosos contractus, licet possint annullare vere onerosos, & donationes renunciatorias, &c. Parter dum vivit, potest elargiri quascunque veras elemosinas ad pia opera.

*De censuris Ecclesiasticis,*

*Cap. XXVII. num. 1.*

**C**ensura, seu correctio alicuius est, sententia lata à capace ordinis, mediatis iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuat communione Sacramentorum, vel hominum, vel exercicio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel Sacra menta, vel sepulchra. Censura triplex, Excommunicatio, Suspensio, Interdictum.

*De Excommunicatione. num. 1.*

**E**xcommunicatio est censura priuans communionem, vel Sacramentorum tantum, vel Sacramentorum & hominum, & est duplex minor, & major.

Minor priuat participatione passiuam omnium sacramentorum. Major priuat participatione

T 3 actiu-

**194 De censuris Ecclesiasticis.**

activa & passiva sacramentorum, & hominum.  
Dispositiones penales in dubio, intelliguntur  
de minori pena.

Excommunicatio sine expressione maioris, vel  
minoris, intelligitur de maiori.

2. Excommunicatio duplex, generalis, & specia-  
lis. Generalis, duplex à iure vel ab homine: lata  
ab homine mortuorum & latore, vel ablato  
ob officio quantum ad eos quia adhuc nō incur-  
terunt in eam, non sic de lata à iure.

Excommunicatio, & quelibet alia censura lata  
in mandatis visitationum, que non sunt statuta,  
sed mādata generalia, vel specialia hominū, mo-  
ritur mortuo latore, vel ab officio deposito.

3. Excommunicatio, aut est iusta, i. cum pore-  
state, causa, & modo debitis lata, aut iniusta, i. si-  
ne illis: & hęc, ut alia sententiæ aut est iniusta va-  
lida, aut iniusta non valida: iniusta valida vel  
est iniusta defectu restringendis animi iudicis, seu  
formæ accidentalis, & lata in foro interiori, &  
exteriori ac iusta, vel est iniusta defectu cause,  
& non ligat nisi in foro exteriori, ob scandalum  
post declarationem & non a limite communionē  
omnino interiorerit, nec suffragia generalia ec-  
clesiæ, nisi sit in mortali iniusta non valida nil  
operatur nisi quod debet seruari, donec popu-  
lus debeat sibi persuadere causas nullitatis ad  
evidendum scandalum.

4. Ex-

**Cap. XXVII.**

**295**

Excommunicatio iniusta est nulla multis casib.

Primo, quando qui excommunicat non est  
index, vel non toleratus, qualis est excommunicati  
causus, suspensus interdictus.

Secundo, quando fertur contra tenorem pri-  
uilegiorum.

Tertio, quando post legitimā appellationē.

Quarto, quando continet intolerabilem erro-  
rem, vt quia recte fecit, vel quia non fecit ali-  
quod illicitum, vel impossibile.

Quinto, quando excommunicat participan-  
tes cum excommunicatis à se non nominando  
eos cum tria ad monitione precedente.

**Quis potest excommunicare.**

Papa, & alij Prelati, vt Episcopi, Abbates, Prä-  
positi, Priors ecclesiarum collegiatarū, tunc  
regularium, tunc laicarum etiam non benedi-  
cti, modo sint confirmati, vel prouisi, possunt  
excommunicare suos subditos. Item, & alij ex  
consuetudine prescripta possunt. Intellige hoc  
tamen in collegiis de iure communi. Item ca-  
pitelum sede vacante. Item Archiepiscopus, Epi-  
scopus, legatus Papæ, & Prædicatores, in  
quos habentius delegatum possunt.

Facultas excommunicandi non oritur ab or-  
dine, sed est pars iurisdictionis exterioris.

T 4

Epis-

Episcopus exti a suum, Episcopatum non potest excommunicare suos subditos nisi in loco viciniori Episcopatui, vel de consensu Episcopi ubi manet, aut in re manifestissima.

Qui extra suum Episcopatum residentiam non confluimauerit, ligatur excommunicatio lata ab Episcopo contra non residentes in beneficiis suis.

Mulier non potest excommunicare, nec laicus sine priuilegio Apostolico, nec quisquam seipsum.

Hinc excommunicatus generaliter qui hoc fecerit, si ipse facit non est excommunicatus: secus si esset tantum denunciator excommunicatio nisi alterius excommunicantis.

7. Sola consuetudo non excommunicat, nisi legitime sit præscripta, vel approbata a Papa, vel Episcopo, quia tunc habet vim statuti.

Excommunicatus si non est denunciatus, potest excommunicare, & valer excommunicatio.

8. Qui sciens, aut scire debens se non posse excommunicare, & excommunicat, peccat mortaliter.

Item qui excommunicari iniuste etiam per ignorantiam crassam, vel supinam, peccat mortaliter.

Itē qui, sine canonica admonitione, vel scriptura publica, vel priuata, nisi iusta de causa excommunicat, pec. mor. sed excommunicatio tenet.

Ait

Ait excommunicans, est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiaz, & a diuinis officijs, & si exercet actus ordinis fit irregularis ad Papā, sed hoc non comprehendit Episcopos.

Episcopi non incurruunt suspensionem nisi de ijs fiat particularis mentio.

*De causa, & forma excommunicandi. num. 9.*

**E**xcommunicatio maior non ferenda nisi ob contumaciam mortalem, & nemō incurrit eam sive à iure, sive ab homine nisi peccatum mortaliter.

10. Excommunicatio in iure, vel statuto lata, vel ipso facto, non requirit præcedentem canoniceam admonitionem.

Circa hoc multa colliguntur ex Concil. Tri. ses. 25. cap. 3. vr, quo d. solus Episcopus potest excommunicare pro rebus perditis, & reuelatis. Item quod in causis civilibus nullus Iudex comunicat, nisi in subsidium remediorum iuris, neque in causis criminalibus, nisi cum executio personalis, vel realis sit valde difficultis.

In sorde scens in excommunicatione per annum, habeatur de hæresi suspectus.

*De culpa præterita non feratur excommunicatio.*

T 5

ratio, nisi precedente canonica admonitione, aliter excommunicatio est nulla.

Qui excommunicat sine canonica admonitione, & sine scripto, p.m. excommunicatio sub conditione non ligat. Item excommunicatio non ligat nisi implera conditione, si qui fert, vel qui petit eam ferri, non habet animū lingādi, vel omnes, vel aliquos.

Non sunt certa verba pro excommunicatio. ne, sed potest vii quibus vult, dummodo id explicit de praesenti, & secundū regulas canonū.

Cum dicitur Sub pena excommunicationis, vel excommunicetur, sit excommunicatus, non excommunicari ipsofacto, quia sicut comminato. ria, nisi aliter aliquid ius particulare explicet.

### **¶ Quis potest excommunicari. n. m. 13.**

**E**xcommunicari potest tantum homo baptizatus, mortalis, habens superiorem. Huc non demones, anima separata, collegium, vniuersitas, Iudeus, & haereticus, nec cathecumenus, licet possit indulgentiam lucrari, nec resuscita tus immortalis, nec Papaz etiam propter here. sim, nisi a Deo, nec aliquis a seipso, vel a suis statutis, nec ab inferiori, nec irrationalia licet possit adiutari precibus, & aqua benedicta.

Nauarque

Nauarque purgat se à crimine falso sibi imposito, i. quod Papa non possit beneficia Castellæ.

¶ In excommunicatione generali non includitur is, quem proferens vel per eos illam non intendit includere, vel qui non potest patere, vel qui iusta causa ad id non tenetur, tenui excusatur, modo adhibetur remedium commodū, ut cessa. te necessitate, vel iam satisficiat eis.

¶ Terminus datus pro incurrienda excommuni. catione, ni aliquid faciat, v.g. potest prolongari à parte agentis, sed non sine consensu Iudicis, potest tamen tolli sine eo.

Qui scit quod iudex iubet reuelandi, sed habet causam iustam non reuelandi excusat.

Ignorantia probabilis facti, excusat ab excommunicatione, & juris, in quo fertur excom. municatio propter opus de se licitū, & non re. natabatur scire esse prohibitū, ac etiam juris propter opus de se illicitum, etiam quod sic lex Pa. pte excusat in conscientia, sed tunc in foto ex. teriori non presumunt ignorantia quaado est lex Papæ.

### **Quid operatur Excommunicatio major. n. m. 17.**

Primo

Primo verè excommunicatus iusta causa, & coram Deo declarat exclusionem gratiae sacram per p.mor.

Secundo, excluditur à sacramentis actiue, & passiue.

18. Tertio, priuatur suffragii generalibus Ecclesie, & possidetur à Dæmons: secus si est contritus, vel sine culpa tua, vel iusta causa est excommunicatus: licet si priuatus in fore exteriori, non tamen in conscientia.

19. Quarto ab officiis diuinis, & precibus simili cum aliis faciendo, vel audiendis, potest tamen se iustus ab aliis in eadem Ecclesia orare.

Quinto priuatur contentis hoc versu;

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Id est, prohibetur omne commercium, & declarantur ibi verba.

Sexto si virtur aliquo actu peculiari sui ordinis, fit irregularis.

Septimo fit infamis, si est excommunicatio manifesta, & ob causam infamem.

Octavo facit collationem beneficij nullam, ita ut post absolutionem, non teneat, & tenet renunciare illud, & fructus restituere.

Nono priuatur facultate eligendi, actiua, & passiua.

Decimo suspenditur ab officio & beneficio, sed dum toleratur, quidquid faciet eum officio

publico, tenet.

Vnde此, eximir subditos à servitute subjectionis iurisdictionis, dū est excommunicatus.

Duodecimo, non potest ducere uxorem sine peccato mortali.

Decimo tertio annullat rescripta obtenta à Papa, excepto quod non agant de sua excommunicatione, vel ad hoc absoluatur, & non descendat per annum.

Decimo quarto alij pro eo non possunt orare publice, & solemniter, licet possint priuare.

Decimo quinto in iudicio nō potest esse actor vel procurator, potest tamen se defendere, & constitui procurator, vt absolutus procuret.

Decimo sexto persuerans per annum in causa criminali videret crimen confiteri: sed non debet priuari beneficij suis.

Decimo septimo, priuatur sepulturaloci sacri.

Decimo octavo, dum nō absoluatur, debet solvere poenam constitutam in aliquibus Episcopatibus, vel per leges seculares.

Decimo nono, operatur excommunicatio a via multa, qua vide alibi.

*De excommunicatione minori, & participatione cum excommunicato. num. 24.*

Ex-

**E**xcommunicatio minor, priuat tantum par-  
ticipationem pauperae, sacramentorum, & or-  
actiu: unde missans p. quia se communicat  
non quia alios, & potest eligere, sed nō eligi.

Excommunicatus in minori, non p. au-  
diendo, missam, vel sumendo pacem, vel ab-  
soluendo ab excommunicatione, vel à pe-  
nitentiis, nec communicando infirmum.

25. **E**xcommunicatio minor: et si potest, tamē  
non ferunt communiter à iudice, sed à iure,  
in octo casibus, quotum vnu est in vsu: i. par-  
ticipatio cum excommunicato maiori in ca-  
bus prohibitis, non autem minori.

Excommunicatus dum est talis nō potest  
recipere aliiquid sacramentū, non enim hec  
**e**xcommunicatio excludat peccato mortali;

Quilibet sacerdos simplex etiam non Pa-  
rochus potest absoluere ab excommunicatione  
minor: sicut potest à peccato veniali  
non habentem mortale.

26. Regulariter participans cum excommuni-  
cato maiori incurrit in minorem, fallit tamē  
in multis, vt in his quæ sunt in hoc versu.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.  
Participas ob utilitatem animæ eius, admo-  
ndo, acer alia interponat verba pro maiori  
commoditate, vel ob propriam utilitatem sibi  
debitam, vel cum cum, si alium non habes

fimilem, consulit in spiritualibus, vel tempo-  
ralibus, non incurrit.

Item vxor, filij, serui, famuli, qui erant am-  
te excommunicationem, & non sunt causa per-  
tinacæ, non incurrit. Si maritus, pater, do-  
minus, hiçrus, possit comunicare cum subdi-  
cis, sic ignorans ignoratiā fidei, vel iuris dubij.  
Ignorans excommunicat⁹ si denunciatus ex-  
eclūatur, nisi à fide dignis audierit, sed si est du-  
bi⁹ nō teneat eū evitare præferi ante alios.

Item participans, ob magnam necessitate  
propriam, vel excommunicatione.

Participare cum excommunicato maiori est  
p.v. tantū, sed est p.m. si sit in faecamēris, &  
officiis diuinis. Itē si viuis frequens, si in cō-  
temptū clauium, si contra speciale precepit  
Iudicis. Itē cum à Papa prohibetur per exco-  
municacionem, si in p.m. communicat.

32. Qui cōmunicat cū incurrent ante ini-  
ciū fam, vel dū incurrit excommunicationem  
ipse non incurrit misorem, vel maiorem.

33. Qui sunt in ecclesia, ingrediēte excom-  
municato adorādū publice, debet exire, vel co-  
gere ipsum e gredi, nō autē si trāseat per ec-  
clesiam, vel in ea maneat non ad orandum, sed  
ad alia negotia, vel foras priuatim.

Si orat publice debet cessare officia diuina,  
& Missa, etiā cęptu, nisi sit incep⁹ canō, quia

### 304. De excom. minori, & particip.

tunc cum uno tantum diacono, debet eam perficere vñq; ad finem.

Textus de vitando occulto excōmunicato, vel non euitando, sunt aboliti, sed est obseruanda extrauagans. Ad euitanda, in qua non excommunicantur Galli, & Germani qui comunicant cum Lutheranis manifestis, nisi dicatur quod fuit vñl recepta cū sola limitatioē de publico peccatore clericis, & quod multitudine Hæreticorū, & necessitas negotiandi, facit licitum quod non esset.

Semel excommunicatus, & denunciatus semper est euitandus; donec constet de absolutione, vel persona talis sit, cui hoc affirmari sit creditendum probabilitate.

Communicans cū excōmunicato timore mortis non p. nec excommunicatur nisi communicaret in p.m aut in negatione tacita fidei.

Non peccat qui orat priuatum pro excōmunicato. Immo in missa, applicando illud suum opus, secus si publice.

Pto excommunicato nō denunciato, nec notorio potest orari publice, & dari sepultura.

Qui vt minister, vel nomine ecclesie operari excommunicato denunciato, incurrit minorē excommunicationem.

Participans cum excommunicato contra preceptum Iuris, vel Iudicis, prævia a imonitione, peccat mortaliter, & est excōmunicatus maior;

Com-

### Cap. XXVII.

30

Communicans cum excōmunicato in oratione publica, peccat mortaliter, non in priuata. Quæ autem sit priuata: vide ibi.

Actus extrajudiciales excommunicati etiam denunciati valent, & sic potest facere omnia quæ nituntur iuri naturali gentium, & ciuii, & sic potest testari similiter de actibus quos lex humana non potest annullare, vt sunt acti sacramentales, v.g. Baptismus, Confirmationis, Ordo, Matrimonii, collata excōmunicato, vel ab eo, valent: non sic de pertinentibus ad potestatem, & iurisdictionē ecclesiasticam humanam, vt ad beueficia presentatio electio, postulatio, confirmationis, institutio, collatio, prouisio, nominatio, quia possumus ab ecclesia annullari.

### De absolutione excommunicationis. n. 37.

Excommunicatio, & absolutione conuentunt in multis, & neutra equirit certa verba pro forma substantiali.

Absolutio facta ab habente potestatem, iure ordinario non seruata forma juris valet, etiā ante satisfactionem, facta vero à delegato, nō seruata forma data in delegatione; non valet, sed si potestas delegata fuit tantum, vt absoluat secundum formam juris, absolutio valet non seruata forma juris, idem de excommunicatione.

V 38 Ab-

38 Absolutio iniusta ex causa prodest excommunicato, vt confessarius licite posuit eum absoluere à pec. & vt ei applicentur suffragia generalia ecclesie, sed excommunicatio iniusta ex causa non nocet.

Absolutio facta ex metu iusto non valet: excommunicatio, valet. Item excommunicatio ex falsa causa non valet, sed absolutio valet.

Excommunicatum minori habentem tantum penitentia quilibet sacerdos, non parochus potest absoluere.

Excommunicatum maiori à iure non reservata alteri, potest absoluere proprius Prelatus, id est Papa, Episcopus, capitulum sede vacante, quilibet Prelatus exceptus etiam, & non exceptus habens iurisdictionem in foro exteriori.

Itē Parochus, & simplex sacerdos, qui potest absoluere à p. mortali, potest etiā ab hac excommunicatione, vt commissarius deputatus à Papa, & in foro interiori captum, auctor loquitur de reservato.

Proprius Praepositus potest absoluere ab incensa iure, extra suum Episcopatum, vel parochiam, 40 Excommunicatum ab homine, ipse solus potest absoluere, vel eius successor, superior, delegatus eius vel Papa.

Delegatus Papae qui potest excommunicare infra unum annum post sententiam definitivam,

nam, eo transacto nō potest absoluere similiiter de quolibet delegato habente facultatem excusandi suam sententiam.

Episcopus excommunicans incendiarium, post denunciationē non potest eum absoluere.

Excommunicatis aliquę si deinde ipse excommunicatur, & denunciat, non potest absoluere.

Excommunicatio pronunciata ab inferiori, & confirmata à Papa ex certa scientia, non potest absoluere qui eam tulit.

41 Non sacerdos, excommunicans potest absoluere ab excommunicatione, etiam in conscientia, non à peccatis, & qui absolvitur ab excommunicatione, vel à Iudice, vel à Parochio cui committitur debet semper procurare literas patentes; ac in exteriori presumatur excommunicatus, potest enim aliter credi absolitus.

Exequitor mandati Papae quo iubetur, vt excommunicet aliquem sine cognitione causæ, postquam excommunicavit non potest absoluere.

Qui potest absoluere ab excommunicatione lata à iure, potest etiam ab illa lata ab homine generaliter.

Qui potest absoluere ratione alicui ordinariæ potestatis, potest delegare absolutionē alteri.

Simplex ministerium absolucionis potest delegari à delegato ordinarij, & à subdelegato dele-

V. 2. gati

gati Papæ, non autem ipsam iuris dictio.

46 Excommunicatus qui ob iustum impedimentum, ut grauem mörbum, facit se absoluere ab eo qui sine illo non poterat, cessante impedimento debet, quam cito commode potest, se presentare ei qui iure poterat absoluere, alioquin incidit in eandem excommunicationem. Idem de his quos legati Papæ absoluunt, cum onere se representandi suis ordinariis, vel alius ad penitentiam, seu satisfactionem.

Verum satis est se presentare per procuratorem idoneum, & ad determinandum tempus commodum, ipse est index in conscientia.

47 Iura quæ præcipiunt, ut excommunicatus in articulo mortis ante abolitionē satisfaciatur, intelliguntur si potest, si non potest, sat est cautio cum pignore, vel fidei iussore, & si non potest, saltet de eam cum iuramento.

Obligatus ad restitutionē, qui potest satisfacere ante mortem, sed non cōmode, nisi notabiliter vijiss sua vēdendo, &c. non tenetur tunc satisfacere, si potest differri sine magna damno alieno, sed sat est dare cautionem sufficientem, quod satisfaciat primo quoque tempore.

*De excommunicationibus à Iure latis, &  
primum de reservatis Papæ.*

*num. 5.*

*Adiu-*

**A**d iudicandum an quis sit excommunicatus, tria sunt perpendenda, primo verba quibusvis, vel Index vtitur, secundo personæ contra quas, tertio opera ob quæ excommunicat.

Lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit consilientem, vel auxiliarem autquam fiat, nisi ex tempore eius, vel legum id expresse, vel tacite colligitur.

Excommunicatione non debet extendi ab uno casu in alterum, poenæ enim sunt restringenda.

In dubijs participans cum excommunicato etiam in criminis non commisso, non est excommunicatus, licet sit excommunicandus.

Excommunicatio lata contra dantem licentiam maleficiendi, non includit ea videntem, nisi exprimatur.

Item lata contra contrahentes, non includit consilientes, vel aliter consentientes.

Item lata in sepelientes excommunicatum, non includit adiuvantes, & prosecutæ funus, qui suis manibus non interunt mortuum sepulchro, & tandem qui per alium facit non vere, sed ficte facit, non sic per instrumentum necessario mortum, ut per baculum.

Lex poenalis tunc tacite extensis ab uno casu ad aliud, quando aliter efficit fructuaria, sic cum excommunicatur mittens arma arace.

**318 De reservatis Pape extra Bullam.**  
nis, includitur ferēs, cū interdictum civitas, iu-  
cludentur suburbia, & in testamento clauditur  
codicillum, ne sint frustratoria.

Canon extensus ad consilentem, non com-  
prehendit illum si delictum ita, & tam certo, &  
iniquo animo fuisse commissum sine illo con-  
silente, ac cum illo. Idem dicendum de man-  
dato, iussu, & fauore.

Si excommunicatio principaliter loquitur de  
faciente, & secundario de mandante, & consulē-  
te, tunc secundarij non incurrit antequam se-  
quatur opus ut mandans percuti clericum non  
incurrit nisi percutiatum: sed si principaliter lo-  
quitur de omnibus, statim ac mandat incurrit,  
licet non sequatur opus, vt mandans interfici  
per assassinios, licet non interficiatur, & religio  
fus cōcionans animo retrahēdi à solutione de-  
cimarum, licet auditores non retrabantur.

32 Ille dicitur consilere, qui monet, persuadet,  
precatur vt quid faciat qui instruit, aut propo-  
nit utilitatem inde sequuturam.

Annua reiteratio Bullæ, non multiplicat cen-  
sus per eam latas, neque in aliis iuribus reper-  
tas, sed tantum superaddit reservationē Papæ.

**De reservatis Pape in Bulla**  
**Can. et num. 55.**

Prima

**Cap. XXVII.**

**32**

Prima excommunicatio est in omnes hæreti-  
cos, & claudit credentes pertinaciter quod di-  
cunt, & credunt hæretici, licet explicite nō cre-  
dant hæreses, nec sciunt quid credant in specie  
hæretici: non claudit magos.

36 Item facientes, recipientes, defendētes hæ-  
reticos formaliter, vt sunt heretici, non autē si  
vt suū homines. Non claudit hæreticos pue-  
mentales, sicut necaliam censura iure humano la-  
ta illis comprehendit, nisi promplerint hære-  
sim verbo, scripto, nutu, signo etiam nemine vi-  
dente, vel audiente. In foro enim interiori non  
sufficit hæresis exterior sine mentali. Nō inclu-  
dit legeres, vel habentes libros Catholicorum  
referentium dicta hæreticorum ad ver-  
bum, licet principaliter legant ob ea, sicut neo  
audientes eadem relata per alium. Item nec le-  
gentes libros Catholicorum cum annotationib-  
us hæreticorum, sed bene incurrit in censurā  
Indicis librorum Pij. 4.

37 Secunda in schismaticos, schismaticus est,  
qui se separat ab unitate, licet credit non esse  
nisi unam Ecclesiam, & unum Papam, & est ex-  
communicatus.

38 Tertia in appellantes ab ordinationibus  
Papæ ad Concilium futurum, & apponit Interdictum  
pro uniuersitatibus, quod cōsulens, & auxiliis  
in his non incurrit nisi sequatur appellatio.

Y4

59 Quare

### 312 *Dereferuat Papa extra Bullam?*

59 Quarta contra Piratas, qui tabrum sunt illi, qui principaliter versantur in agendis praedis, & percutiendis, & interficiendis in mari occurrentibus, & includit auxiliantes, & fauentes, & consequenter in genere includit consulentes, verum non includuntur negotiantes, bellantes iste vel iniuste, qui incidenter aliquando deprendantur, neque illi, qui hoc faciunt in solis fluminibus. Ut si sit Piratae fatus est si exerceantid in vna natione.

60 Quinta cōtra rapientes naufragia, de qua infra, num. 118.

61 Sexta, contra imponētes noua pedagia, vel gabellas, vel angentes vetera, & intelliguntur, omnia vestigalia, vel portatoria sine potestate, quam nou habet, qui in temporalibus cognoscit superiorem ad quem appellari potest, sed quilibet alius habet. Exigens intelligitur hæres publicanus, conductor, & etiam famulus si recipit, à non sponte soluentibus: dicitur nolēs, vel iniuitus soluere; qui rogatus solvit tanquam debitum: pœnit tamen excusare probabilis ignorantia iuris vel facti. Per prohibita intelliguntur simpliciter prohibita, tam à laicis, quam à clericis, vnde exigens à Clericis quæ tantum sunt prohibita à clericis exigi, non incidit in hanc, sed in aliam communicationem non refertur.

67 Septima

### Cap. XXVII.

313

67 Septima contra falsificantes literas Apostolicas: in hac non includuntur signaturæ, neq; fallarius literarum Episcopi vel Nuntij, vel Pœnitentiarie, neque impetrantes subreptitas literas Papæ, & illis videntes; immo nec videntes literas falsis licet alibi excommunicentur laici illis videntes; excusat etiam ignorātia, id est quod nō debebat scire esse falsas, nec corrigens aliquam literam, vel punctum quod non mutat aliquam substantiam.

68 Octaua, contra deferentes arma, vel prohibita inimicis: in qua includuntur, qui equos infirmos, & debiles curant, & sanos ac feroces redundunt in terris inimicorum: per arma intelliguntur quæ ad pugnare sunt facta, vel sit materia destinata ad id licet sit defensiva vel offensiva: arma enim, quæ non sunt bellica, non includuntur nisi ex intentione deferentis mediate vel immediate ad id destinantur, per ferrum intelliguntur factū vel infectum, & non vena ferri, vel aurum nisi ex intentione ad id feratur: & sic & de aliis metallis, si de pecunia signata ad id. Item omnia intruñeta, & materia de hoc nata: ligna ad cōbūren tūno, sani prohibita. Itē nō intelleguntur heretici, Iudæi, Gentiles, immo & Turci, & Saraceni: quibus cum nō est bellum Christiani: immo nos contra alios iurāt. Et qui hæc formaliter deferunt licet bono animo, nō excusantur.

V § san-

214. De reservatis Pape in Bulla Cœna.

santur: Dubitatur de Duce qui gratitudinis gratia, dat ensem ynum Turcæ. Remigantes meū mortis, vel berberum cōtra Christianos non iudicantur, sed peccant mortaliter. Remigantes vero vel regentes corūn naues cōtra alios Infideles, nec peccant. Regētes vero sponte naues cōtra Christianos incurrit.

64. Contra impeditores vi etiā Curia R. manaz: non claudit eos, qui prohibent ob utilitatem suæ Reip. ne necessaria vietū efferantur, vel ne sūt subditri Romam ingrediantur, vbi pessim grāssatur.

65. Contra persequentes Romiperas, vel morantes, vel egredientes etiam causa devotissim: non autem si alia causa quam sedis Apostolice veniant, vel discedant vbi cunque esset sedes Apostolica: non satis est animus tantum faciendi hæc. Item, non excusat iurisdictione aliqua.

66. Contra eos qui sine iurisdictione mandat, vel offendunt morantes in Curia.

Contra eos, qui nocent Cardinalibus, & aliis Prelatis in septem casibus.

Item, qui ejiciunt Nuntios, vel legatos Pape, Patriarchas, Archiepiscopos à suis diocesisbus. Item mandantes, consilientes, auxiliantes, non loquitur de Cardinalibus: sic licetores; Iudices qui ejiciunt Episcopos de suis diocesisbus, non

Cap. XXVII. 215

sic de aliis terris. Excusantur quid faciunt ob defensionem inculpatæ tutelle, vel probabile ignorantiam, vt noctu, vel in habitu mutato. Item clauduntur baanientes, & accessorij, & pro Epi scopo intelligitur tantum conseratus.

68. Contra impeditores cursum causarum Curiae, vel executio nem literarum.

Item contra male tractantes personas quæ illas agunt. Item impeditores dari instrumenta petita super illis. Item impeditores imperatores litteraram, licet priuate id impedian.

69. Decimaquarta, Decimaquinta, Decimasexta, Decimaseptima, Decimoctaua. Sunt contra impeditores quocunque modo Ecclesiasticā libertatem, vt impeditores executionē literarū apostolicarū, sub specie tollēdē violētie, & Animos Hispanicus, & Gallicus probetur, vide ibi. Et qui usurpat frād⁹ Ecclesiasticos formaliter, vt fructus, etiā sede vacante, includatur hic: non autem si indebitē minuta pedagia exigitur à clericis, &c.

71. Decimanona, Sicut superior fuit ad tuendam iurisdictionem ecclesiasticam in ciuilibus, ita hæc est ad tuendam in criminalibus, & tollit priuilegia data etiam Regibus, vnde dubitarur de iudicibus Gallia.

Contra occupantes vel inuidētes terras Ecclesiasticā, & includit etiam exeras factiones. Item impeditores in terras Papæ.

Item

**316 De referuatis Papa extra Bullam.**

Item viſu pantes, vel recinenteſ aliquid ſede  
vacante.

Bulla coenæ durat vſque ad publicationem  
noꝝ, & obligat omnes non obſtantē priu-  
legio, vel conſuetudine, & eius abſoluto re-  
feruatur Papæ excepto articulo mortis dum  
modo ſatiſfaciat, cautione pŕeftita. Item priu-  
legium conſeſſum in remunerationem, vel co-  
tractum ex cauſa reuocari potest.

Item qui taliter illaqueatos pŕaſumpſerit ab.  
ſoluere, eſt excommunicatus, niſi ex obliuio-  
ne, aut ex incogitancia, aut ignorātia non crassa  
abſoluere, quia tunc non eſt excommunicatus,  
& talis excomunicatio nō eſt referuata Papa,  
ſed potest ordinarius. Item queſe diſpoſitio re-  
quiritur, vt quis excommunicatus in bulla ab.  
ſoluatur, vide ibi.

**De excommunicationibus referuatis Papa,  
extra Bullam nu. 75.**

Prima, qui negat Papam poſſe condere ca-  
nones, quos negans transgreditur, excom-  
municatur, & etiam in Bulla.

76 Secunda, qui iniicit ſuadente Diabolo ma-  
nus violentas in Clericū, vel monachū, de-  
claratur ſic, quia id eſt, quælibet perſona, qua  
peccate potest (ſuadente Diabolo) per Caſe-  
num

**Cap. XXVII.**

**317**

num nō ſufficit, vt inieſtio ſit lethaliſ niſi Dia-  
bolus ſuadeat, fed raro hoc accidit, quod non  
incurratur, verbi gratiā, quando non cognōctus  
retur eſſe. Clericus, & requiriſtur vt ſequatur  
percuſio iniusto modo, vel per quem non de-  
bet. 77. (manus) d.eſt, quamlibet partem corpo-  
ris etiam per instrumenta non coiuncta, vt per  
baculum, vel ſaluum, immo qui incarcerated, aut  
includit in locum, vnde ſuo pudore egredi nō  
potest. Item ſi admouet manum ad frenū equi,  
vel cingulum abſcindit, immo ſi perfequitur eiuſ  
furioſe, vt cogatur ſe dare pŕcipitem in diſcri-  
men ad ſe liberandum, ſed non ſi alias fugit, &  
cadit, & vulneretur.

78 Item canon extenditur, & claudit mandan-  
tem auxilium, confilium, fauorem dantem, dū-  
modo ſequatur percuſio.

Item, ſi eotum nomine facta fuit, ratificātes,  
aliter non.

Item qui non iuſſit ſed dixit ſuis ſe vindicta  
eius expetere debens credere, quod ex hoc illi  
mouerentur ad percutiendum, incidit, licet non  
eo animo dixerit.

Item qui potest, & debet ex officio propul-  
ſate injuriā, & non facit, & in foro exteriōri,  
etiam qui non ex officio debet.

Minſteri iuſtitia laicæ, qui vt talis cum per-  
curit,

Ipſe-

318 *De referuntis Pape extra Bullam.*

Ipsem clericus iratus se percutiens, sed nō si confenit, vt ab alio percutiatur, licet sit excommunicandus.

(Clericum) per clericum intelligitur in primis tonsura, licet sit viroratus cum vno tuncum, & virgine, & gestet habitum, & tonsuram quāvis ut excommunicatus, suspensus, irregularis, depositus verbo, sed non realiter, vel (monachū) intelligitur quilibet religiosus, vel religiosa, eiuscōmūnū, vel nouitius religionis approbatore, & tertiarij viuentēs gregatim in habitu, & remittatibet superiori, gaudent hoc privilegio. In articulo mortis si Episcopus adiutu nō potest, quil hēr sacerdos potest absoluere.

Exclusantur multe manus injectiones ab hōc canone.

Prima iocosa, non subita turbati animo.

Secunda cum probabili ignorātia clericatus,

Tertia, iō cum qui tecū monitus non fessit habet clericalem.

Quarta & quinta, in eum, qui se misceret actibus militariibus, & secularibus, & interruollio die rum, ter monitas non desistit, licet habitum, & tonsuram gestet.

Sexta, in eum qui relictis habitu, & tonsurā turpibus se misceret etiam non ad monitus.

Septima in bigamos.

Octava in cōjugatos cum una, & virgine, sed non

Cap. XXVII.

319

non gestantes habitum, & tonsuram.

Non in degradatos realiter.

Decima in depositos verbaliter, sed incorrigibiles.

Vndecima in eum, qui amisit, priuilegium clericale.

Duodecima in circulatorēs, iaculatorēs, & securas per annum, vel ante, si ter moniti non desistunt.

Decimaterciā in exercentes per seipso tabernatis, vel lanienam publice, si ter moniti non desistant.

Decimi quarti, qui potens principaliter percutit, vt corrigit & moderat.

Decima quinta in uadensiu defensionem necessariam suā, vel sui honoris ne ignominiose fugiat.

Decimasexta necessaria in iusto ad recuperanda sua bona iniuste capta, vel que asportantur. Item si clericus debitor, meditans fugere detinetur, vt presentetur suo superiori.

Decimaseptima minister iustitiae secularis, capiens clericum in delicto flagrantē, vt eum praesenteret suo prelato, vel noctū inuentum si praesumat eum veille scelus committere probabiliter, aliter non modo iustum modum in capiendo non excedat.

Decimaoctaua quā volēs delinquere arceret, vel

**320 De reservatis Papae extra Bullam.**

vel qui liberatur ab inimicis , vel alio incommodo.

Decimanona , qua in necessariam sui defensionemensem aufert, vel equo desilire cogit.

Vigesima, iuuentum inhoneste cum uxore, matre, sorore, filia etiam naturali non cum ali etiam si occidat, dummodo id ex incontinenti & passione subita fiat: & sufficit si inueniat amplexantem, osculatorem, vel in loco suspecto, modo fraus absit, id est, ex infidiis ne occidat.

Vigesimaprima, in iuuentum alloquentem ei uxore honeste, dummodo prius fuerit admonitus, ut abstineret, at non potest eum verberare sed spatio 2. horarum tradere cum suo iudici.

Vigesimasecunda, mulier quæ ad defendendam suam castitatem percudit clericum tentatem de stupro, factis, non tantum verbis.

Vigesimatertia, quando inieccio non est mor.

Vigesimaquarta, qua Praelatus capit suum clericum non alienum per se vel per alium : etiam laicum, aut verberat per se, & si non potest per se, per alium clericum, non per laicum, Episcopus licet per se commode posset: tamē sine peccato, verberabit per alium clericum, non sic alii superiores Hinc laicus per quem Iudex Ecclesiasticus torquet clericum, cum commode posset per clericos , est excommunicatus, & ipse etiam iudex, nisi ex cœtu etudine excusatetur.

Vi

**Cap. XXVII.**

**321**

Vigesima quinta, qua ejicitur ab Ecclesia excommunicatus, vel alius turbans diuina officia.

Vigesima sexta, qua ejicitur à sede Apostolica eam occupans sine canonica electione Cardinalium.

Vigesima septima, qua quis ex munere, continet Cardinales in conclavi ad eligendum Papam.

Vigesimaoctava, qua quis vult, & tentat ferire iaculando, sed errans non ferit.

88 Ex praedictis casibus quibus incurritur, in multis Episcopus debet Papam consulere, & in multis vbi estiustū impedimentū non adeundi Papam, vel eius legatū, potest absoluere, facta satisfactione cum proposito, vt ablato impedimentoo Papæ prætententur , aliter incident in easdem censuras, & id intelligitur nō solum de hac, sed de quacunque excommunicatione reservata Papæ.

90 Quod timor de damno notabili animarum ob suam absentiam est sufficiens impedimentum, ut Episcopus absoluat, sed non si saltus potest adire legatum.

Item qui ite non potest, licet possit mittere, habet iustum impedimentum.

Item necessitas extrema domus suæ est impedimentum, & tunc non potest simplex facetas, sed Episcopus absoluere.

X

91 lit

## 222 *De reservatis Pape extra Bullam.*

91 Item in leui percusione, quamvis mortali potest Episcopus in suum, & Prelatus in suum subditum. Quæ autem si leuis percusio, vide ibi, quæ ponis reliquuntur arbitrio Episcopi, vel confessarij habentis auctoritatem absolvendi.

93 Tertia reservata est, lata à Delegato Pape etijs anno.

: Quarta in falsarios, de qua num. 53.

Quinta lata ab Episcopo in habentes literas falsas Papæ, nisi intra 20. dies resignent.

Sexta in clericos qui scienter & sponte, sine aliquo merito (aliter excusarentur, saltem in conscientia) adiungunt ad diuina officia excommunicatum à Pape iudicitaliter nominatum, & denunciatum.

Septima in incendiarios post denunciationem,

Ottava in frangentes Ecclesias, & locapia, & simul rapientes aliquid, aliter non.

Nona in male eligentes Senatorem Romam, cum, quod raro accidit.

Decima in clericos soluentes talias, sed est resuocata.

Vndecima in sectantes Cardinales, & id mandantes, facientes, defendentes, consulentes, si sequuta sit insectatio.

Item in verberantes, & infacientes, & consucentes, &c. si sit secuta verberatio.

Item

## Cap. XXVII. 323

Item in Principes, & Iudices etiam si infra tempore postquam sciuerint non incipiatur procedere contra hos.

99 Duodecima, contra vexantes iniuste excommunicantem, & eius familiam, vel amicos, & eorum bona ob id sed iniuste, & contra id mandantes, nisi bona ablata restituant intra septem dies.

Decimatercias, contra Inquisitorem, vel eius deputatum, qui odio, amore, fauore, aut lucre, agnat contra iustitiam, aut suam conscientiam.

Decimaquarta, contrareligiosum etiam non professum, qui scienter, & sine licetia expressa parochi presumit clericis, vel laicis ministrare sacramentaunctionis, Eucharistie, benedicere nuptias, & absoluere excommunicatos à canonice: non autem si ab homine, etiam in articulo mortis; non autem si administrat sacramentum pœnitentiarum, vel baptismi, vel absoluat excommunicatum ab homine.

Decimaquinta, si quis suadente diabolo, est in bulla.

103 Decimasexta, in Clericum, vel religiosum, qui inducit ut quisiret, vocaret, promittat elegere sepulturam in sua Ecclesia, vel non mutare de ea.

Decimaseptima, contra Dominos temporales

X 2 coge-

### 334 De reservatis Papae extra Bullam.

Cogentes dicere diuinum officium in loco interdicto, & eos qui præcone, Tibicine, buccina et vocant populum ad talēm locum, & eos, qui prohibent ne excommunicati, & interdicti ad minis officiis ejciantur.

Decimaoctaua, absoluentes à quinque veris reservatis priuilegio Sixti Quarti.

Decima nona contra exenterantes mortuos, ut sepeliant in loco alio: secus si alio sine faciat, ut ne forteat, ut in cadavere Regio propter honorem, vel si moriatur in terra infidelium, ubi non est locus sacer.

Vigesima contra dantes, aut recipientes ob ingressum monasterij, secus si fiat sine pacto, vel ob cōsuetudinem, vel ob ius antiquum, aut sine præsumptione animo bono, vel in iunctum etiam cum pacto ob necessitatem, & Clemens VII. excusat moniales.

Vigesima prima contra simoniacos reales in ordine, vel beneficio, & contra mediotites.

Vigesima secunda, mendicantes trāfidentes ad non mendicantes, exceptis Carthusianis.

Vigesimateria contra promittentes, aut largientes, aut accipientes aliquid in Curia Romana ad obtinendam Iustitiam, vel promerendum gratiam alijcuius rei.

Vigesima quarta, contradicentes peccare mortaliter cum quicunq; B. Virginem fuisse concep-

### Cap. XXVII.

335

tam in peccato, vel fine.

Vigesima quinta, delegatos ad cognoscendū, an alienatio sit in euidēcim utilitatē Ecclesie, & auctorantes alienationem.

Vigesima sexta, contra ingredientes monasteria monialium.

Et qui proferunt scripta in infamiam religiosorum, vel docent, vel vivo inferunt, vel detinent apostamat, &c. potest tunc absolu in conscientia à Prælatis ordinum.

Vigesima septima, contra peregrinates in Hierusalem absque licentia Papæ.

Vigesimo octaua, contra eum, qui appellat à Papa ad futurum Concilium, & qui consulit esse licitum appellare, sed si consulit ut appelleat non, nisi sequatur appellatio, & est in bulla.

Vigesima nona, contra Cardinales reuelantes secretum consistorij, quod Papa mandauit.

Trigesima, contra prædicantes miracula falsa & incerta, vel nouas prophetias.

Trigesima prima, in Cardinales cum simonia eligentes Papam.

### De excommunicationibus reservatis

Episcopo, i. u. III.

X 3

Prima

336 De referuatis Episcopo.

**P**rima, ieiunis per cussio Clerici.

**S**ecunda, lata ab Episcopo, sibi ea referuando.  
**T**ertia, Papa's cuius absolutio ob iustum im-  
pedimentum conceditur inferiori, intelligitur  
tantum Episcopus.

**Q**uarta, de eo qui participat cum excommu-  
nicato in criminis sibi referuato, & scienter, &  
post commissam crimen, & totiesquoties, sicut  
de percusione clerici.

**Q**uiesta in eum qui absolutus in articulo mor-  
tis ab excommunicatione sibi referuata non se  
presentat, vel iussus à Ecclesia Apostolica, ut se  
presentet, non se presentat.

De excommunicationibus nemini  
referuatis.

**P**rima, in iudices admonitos ab Episcopis, qui  
emitunt reddere ius Ecclesiasticis.

**S**ecunda, in eum qui non legitime electus in  
Papam, consentit electioni.

**E**t in recipieres eum, si adest haeresis, est rese-  
cta Papæ.

**T**ertia in Episcopum, qui in aliena civitate di-  
versarum linguarum, suscipit eorum suorum  
antequam sit coadiutor proprij Episcopi.

**Q**uartia, contra secularicos voluntatis Bo-

nonie

Cap. XXVII.

337

**N**onice, conduceentes domos alterius scholastici,  
inuito eo.

**I**115 **Q**uinta, contra imponentes talias, vel ves-  
tigalia Ecclesiasticis, vel clericis, si admoniti  
non defiant:

**I**116 **S**exta icontra religiosos extra claustra in  
eadem ciuitate, & clericos beneficiarios, vel per  
sonatos non aliter, si ultra duos menses audiatur  
Medicinam vel Leges, non si doceant.

**I**117 **S**eptima, in presbyteruti, non autem in  
clericum, qui est vicarius Praefecti seculatus, nisi  
id efficit annexum sua dignitati, vel patri-  
monium.

**I**118 **O**ctava continetur in Bulla.

**N**ona contra accipientes bona Naufragan-  
tium, quæ est in Bulla.

**I**119 **D**ecima contra eos qui per statuta, & con-  
suetudinem violent libertatem Ecclesiasticam  
(fusæ) & est referuata Papæ, num. 61.

De excommunicationibus nulli referuatis *ex*  
*Sexto Decretalium. u. 128.*

**V**ndecima, contra aliquentes, vel literas, vel  
nuntium mittentes Cardinalibus in Con-  
clauis ad eligendum Papam.

**D**uodecima, contra officiales, tempore Con-  
clavis quæ raro accidit.

X 4      115 Decr.

### 338 De reservatis Pape extra Bullam.

- 122 Decimatercia, contra iniuste aggrauantes Ecclesias, vel Ecclesiasticos, vel eorum consanguineos, eo quod rogati nō eum elegerint pro quo rogabantur.
- 123 Decimaquarta, contra nouē vsurpates ius alicuius Ecclesiae vacantis, & ob id aliqua bona illius capientes.
- 124 Decimaquinta, contra accessitos in directores electionis monialium, si non repererunt à rebus ex quibus nasci, vel ali potest discordia. Hinc collige moniales posse vocare directores pro eligenda Abbatissa.
- 125 Decimasexta, contra partem, quæ excitat ad procedendum quando requiritur maior dignatio.
- Decimaseptima, contra eum, qui vi vel menu consequitur absolucionem, vel revocationem excommunicationis, interdicti, suspensionis.
- Decimoctaua, contra eum, qui ex fraude facit, ut iudex vadat ad accipiendū testimonium feminæ.
- 126 Decimanona, contra compellentes Ecclesiasticos ad submittendum iurâ Ecclesie, vel Ecclesias perpetuo, vel ad longum tempus, in casu prohibito.
- Item contra eos, qui plus accipiunt ex his, quam illis est permisum, si non desistant.
- 127 Vigesima, contra accipientes nouum habi-

tum,

### Cap. XXVII.

339

- tum, noui ordinis non approbati.
- 128 Vigesimaprima, contra exigentes portorium, vel pedagium ab Ecclesiis: vbi aliqua, que fere sunt in bullâ. Hinc collige quod Ecclesia, vel Ecclesiastici habentes prædia si transportat fructus, non debet solvere gabellas.
- 129 Vigesimasecunda, contra impedites iurisdictionem Ecclesiasticam, quæ in bullâ.
- 130 Vigesimatercia, contra Dominos prohibetes nesi subditivendant, vel in suo opere serviant Ecclesiasticis.
- 131 Vigesimatra, contra religiosos sine iusta causa, & temerarie omittentes habitum, ut liberius alio vtatur ad malum, licet suum occalte gerant.
- 132 Vigesim aqua, ex Concilio Tridentino nullus regularis prætendat se vi, vel metu ingred sum religionem, nisi ante quinquennium, & nullas regulas transfratur ad laxiorem ordinem, nec geter suum habitum occulte.
- 133 Vigesimasexta, contra religiosos entes ad studia extra, sine facultate superioris, & maioris pars conuentus.
- 134 Vigesimaseptima, contra docentes religiosos medicinam, vel leges, dimissio habitu.
- Vigesimaoctaua, contra sepiientes haereticos, vel sutorum in loco sacro, & debent eos fastas extahere.

X 5

VI-

340 *De referuntis Papæ extra bullam.*

Vigesimana, contra non obedientes Episcopis, & Inquisitoribus, & non exequentes sentiam, hoc aliquando est bullæ.

Contra intollerantes Christianos per assasinos paganes.

136 Trigesima, contra clericos permittentes alienigenas sceneratores in suis terris, vel eos adiuuantes.

Trigesima prima, contra concedentes, vel extente re represalias ad Ecclesiasticos, vel eorum bona.

Trigesima secunda, contra non obseruantes iudicis statutum de non percutiendo, vel hofferiter insequendo Cardinales.

*Excommunicationes Clementinæ  
nalla referuntæ.*

Trigesima tercia, contra impedientes, ne fructus beneficij capiant, & contra rumpentes sequestrum ordinarij, lata sententia definitiva, Romæ hæc 120 accidit.

Trigesima quarta, contra scienter sepelientes in loco sacro interdictos, in casu non permisso, vel interdictos nominatim, vel excōmunicatos publicos, vel usurarios manifestos, & qui sunt.

Trigesima quinta, contra religiosos præsumentes sibi appropiare decimas non debitam aliarum

Cap. XXVII.

341

aliarum Ecclesiarum, vel deo non permittunt alios soluere.

139 Trigesima sexta contra religiosos qui pertuncaulas principum, animo nocendi suis supertioribus, vel monasteriis.

Trigesima septima contra monachos qui habentarina intra claustra monasterij sine licetia Abbaris, sed in multis casibus excusantur.

140 Trigesima octava contra impedientes visitatores monialium ià statutis Coacilij Tridentini, nisi post impedimentum admoniti à visitatore non defstant.

Trigesima nona, cōtra forminas sequentes statutum beguinatum, & de novo institutum, & contra religiosos adiuuantes confilio, vel fauore, secus si sine regula viuant cœlibesia suis dominibus, &c.

141 Quætrigesima contra contahentes in gradibus affiratis, cōsanguinitatis, canonice prohibitis, vel cum monialibes.

Item contra religiosos & clericos cōtrahentes, & contra hæc scienter celebrantes.

142 Quætrigesima prima contra Inquisitores eorum cōmissarios, Episcopos, capitula, summa pecuniam, vel aliquid pretio estimabile illicie praetexta sui officij, vel scienter cōfiscant bona Ecclesiastica, & est casus Episcopalis.

143 Quætrigesima secunda, contra officiales suffici

## § 42 De excommunicatione.

Sultinentes statuta ut soluantur usurpationes, & solup  
non reperantur, & contra non eradentes eis.  
bris huiusmodi statuta iam facta vel consue  
dines.

144. Quadragesimateria, contra mediantes  
de novo eligentes, vel mutantes habitationes,  
vel alienantes acquisitas ante Concilium Lugdu  
nense, sed iam per Iulium secundum fuit facultas  
ampliata, & fere excommunicatione haec ablati.

145. Quadragesimaquarta, contra religiosos qui  
auertunt audientes a soluendis decimis debitis.

Quadragesimaquinta, contra religiosos de  
industria non ouerantes penitentes scrupulis  
de soluendis decimis, & postea non purgatis ha  
negligentia concionantur.

Quadragesimasexta, contra religiosos non  
seruantes interdictum validum, & generale, vel  
cessatio nem à diuinis quam seruat ecclesia ca  
theatalis, vel matrix, vel parochialis si tantum  
vna, parochiales, si sunt plures, & omnes obser  
uent.

Quadragesimaseptima, contra impugnantes  
literas electi Papæ.

Quadragesimaoctava contra communica  
tes Cle. Exiuit, super regula S. Francisci.

Quadragesimanona, eis eadem cum 39.

Quinquagesima, contra imprimentes libri  
hac licetia: sed absolvit, & consilia renouavit.

Qua

## Cap. XXVII.

343

Quinquagesimaprima, contra impedientes  
Legatos, & Nuntios Papæ, & eis in bullæ.

Quinquagesimaseunda, contra alienantes,  
vel locantes bona immobilia, vel pretiosa ecclæ  
sia ultra tres annos, sed à paucis est recepta:

Quinquagesimateria, contra raptores mulie  
rum cum multis peccatis.

Quinquagesimaquarta, contra cogentes sub  
ditos, vel alios minus libere matrimonium con  
trahere.

Quinquagesimaquinta, contra cogentes for  
minas iegredi vel egredi monasterium, & in eo  
fauentes, & scienter astantes actui.

Quinquagesimasexta, contra impedientes san  
tas virgines accipere velum sanctum.

Quinquagesimaseptima, contra concedentes  
locum duello, cum peccatis.

Quinquagesimaoctava, contra coramittentes  
duellum, & patronos cum aliis peccatis.

Quinquagesimanona, contra consulentes in  
causa duelli, & contra spectantes duellum, ex  
Gregorio decimotertio, etiam prouocantes ad  
arma particularia, id est duellum sine patinis,  
& loco libero, &c. & auxiliantes, aspectantes in  
currunt.

Sexagesima, contra non habentes pro authen  
ticiis libris Bibliorum, iuxta vulgatæ editiones,  
& contempentes Apostolicas constitutiones.

Sexa

Sexagesima prima, cōtra mulieres ingredie-  
tes claustra monasterij, & dantes licentiam, &  
admitentes, &c. & euocantur omnia priuile-  
gia, & prohibentur Episcopi ne ingrediatur in  
iū in casibus necessariis, cum paucis senioribus  
religiosis.

Sexagesimasecunda contra male tractantes  
officiales sancti Officij, vel Episcopi, cōtra com-  
burentes vel rapientes scripturas, inuadentes  
dico, &c.

Sexagesimatercia contra scientes crimen co-  
missum, vel committendum in Cardinales, si  
non reuulant ordinatio, seu Papæ.

Sexagesimaquarta contra accipientes fructum  
beneficij vacantis, primi vel secundi anni, &  
est reseruata, & Episcopus suspenditur.

Sexagesimaquinta; contra Abbatisas, & Mo-  
niales exentes e Monasterio quavis ex causa,  
exceptis nonnullis casibus.

Sexagesimasexta; contra captiuates Christia-  
nos habitantes in terris infidelium.

Sexagesimaseptima: contra non obedientes  
Inquisitionibus Romanis.

*De Dispensatione quid, & quætrplex.*

Suspensio generaliter sumpta, est prohibitio  
vñus officij, vel facultatis alicuius, sed specia-  
liter pro censura Ecclesiastica, est censura qua  
alicui personæ Ecclesiastica prohibetur exerci-  
tū sui officij, vel beneficij Ecclesiastici in totū  
vel in pāte, ad tēpus, vel in perpetuum, quo ad  
partem ob suam culpam, à iudice, vel à lege.

Noi potest fieri nisi ab habente iurisdic-  
tionem Ecclesiasticam extefforem, & tantum in  
Ecclesiastico quod sicut Ecclesiastici, & non  
alio respectu.

Prohibitio totius exerciti officij vel benefi-  
cij in perpetuum non est suspensio, sed depo-  
sitione, vel priuatio.

Non potest fieri ob culpam alienam nisi ob  
proprium salutem venialem, inde non ob sen-  
tenciam, vel infirmitatem fertur.

Prohibitio confessarij à celebrando, nō est sus-  
pensio, & sic contraveniens non fit irregularis.

Prohibitio, id est quod in pec. mor. non potest  
celebrate, non est proprie suspensio, id est, cen-  
sura.

Nulla excommunicatio est suspensio, sed est  
diuersa censura prohibēs communicationē ha-  
bitantem Christianam, & sic excommunicatus in  
minori contraveniens non fit irregularis.

Irregularitas, depositio verbalis, degradatio  
regulis, non est proprie suspensio.

346 *De suspensione.*

153 Diuisio suspensorum, id est, alijs quoad se tantum, alijs quoad alios tantum, alijs quoad se, & alios, est de suspensione generica non specifica.

Suspensiō laici, vel clericī ab officio aduocati in foro ecclesiastico, vel conferendi gradu concessa per Regem non est propria.

154 Suspensiō triplex, primo officij, vel beneficij simul, secundo officij tantum, vel partis eius, tertio beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantum.

Item duplex à iure vel ab homine; feruntur multæ à iure ipso facto, sed referantur visitatore;

*De suspensione à iure ipso facto.*

Prima, præbyter, diaconus, notorius formidarius, est suspensus dum eum non peniteat, & si ante suam poenitentiam vtitur suo ordine, si irregularis, irregularitate reseruata Papæ, non loquitur de irregularitate quæ sequitur peccatum magnum notorium dignum prohibitione, quia talis est Episcopi.

155 Secunda suspenduntur clerici tantum qui eligunt Episcopum illegitimum, vel non legitiama aetate, scientia, moribus.

Tertia, suspendit præsumentes accipere ordinem sacrum sine legitima facultate, vel aetate, vel extra tempus, & si eo vrantur, sunt irregula-

lares; non clauditur ordinatus bona fide, i. portans se esse legitimum.

Item licet mala fide sit ordinatus, tamen post poenitentiam, si bona fide exercet ordines, non sit irregularis.

Quarta, clericus prouocans ad duelum, vel acceptans prouocationem, & descendit in arenam est deponendus: sed non suspensus, contra Silvestrem & Tabienam.

Quinta, excommunicans sine debita admonitione, est suspensus per mensum ab ingressu ecclesie.

Sexta, qui excommunicat, vel interdit, aut suspendit solo verbo, sine scripto, aut expressa causa, vel requisitus non dat copiam, est suspensus ab ingressu ecclesie, & diuinis officiis.

Septima, capitula, & singulæ personæ usurantes aliquam bonam in sede vacante collegiata, vel episcopali, reliqua defuncto, vel collecta tempore vacationis ex quo cumque emolumento; etiam ex sigillo suspendunt ab officio, & beneficio.

157 Octava, similiter Episcopos qui idem faciunt sine priuilegio, vel consuetudine prescripta suspendit ab ingressu ecclesie: inferiores vero ab officiis & beneficiis.

Non, constructa or sedis Apostolicae scienter cognoscens causas non notorias, suspenditur per-

annus

Cap. XXVII. 347

annum unum ab officio.

Decima, Iudex non Episcopus, qui iniuste et  
era conscientia pretio, amore, timore, vel odio,  
aggravat partem, suspenditur per annum ab  
officio.

Vn lecima; exemptus, qui admittit ad diuina  
officia, aut sacramenta: aut ad Ecclesiasticam  
sepulturam excommunicatos, aut interdictos  
publicos, suspenditur ab ingressu ecclesiarū.

Duodecima, mēdicalantes, admittentes aliquis  
ad professionem ante finitum annum proba-  
tionis, sunt suspensi.

Decimatercia, qui clericus sine iusta causa  
stat veste in duis forum colorum, est suspensus  
per sex mēses, & si est in prima tollura est inha-  
bilis ad beneficia.

Decimquaarta, religiosus administrator, sine  
necessitate, vel facultate, alienans bona religio-  
nis ad longum tempus, est suspensus, si ad bre-  
ue tempus non, sed est excommunicatus.

Decimquinta, qui ordinatur sine patrimo-  
nio cum pacto non petendi victus ab Episcopo,  
vel nō petendi aliquid de beneficio præsentato,  
est suspensus Papaliter, vel sub patrimonio, vel  
præmisso seu donato, cu pacto non petendi, est  
suspensus, secus si sine pacto, & post ordinatio-  
nē retrocedit seu ante renunciavit patrimoniu-  
m propter incuria, via renunciatio non teneret.

*De*

Decimasexta, suspenditur Episcopus ordinatis  
clericum religiosum, cum voto religionis tem-  
porali, non perpetuo.

*Quis, cur, quomodo potest suspendere, &  
suspendi, & absoluī, & pena con-  
trauenientis.*

Prima qui potest excommunicare, potest  
suspendere, & tantum Ecclesiasticus potest  
suspendi, & est facienda scripto, & si est ob co-  
rumaciam deber præcedere monitio fecus si est  
ob pœnam, & potest fieri ob quodliber, p.m. &c  
etiam ob veniale.

Secunda, suspensio, vt est excommunicatio,  
post legitimam appellatiōnem est nulla.

Item subsequens appellatio, eas nō suspēdit.  
160 Tertia, suspensus ab aliquo actu non est  
suspensus ab aliis non annexis, vt qui à iurisdi-  
ctione non est ab ordine, & contra, & qui est à  
beneficio non est ab ordine, vel iurisdictione  
non annexa, & qui ab officio non est à benefi-  
cio nisi suspensus tacite sit priuatio, &c.

Vnde beneficiarius suspensus qui factus est  
presbyter ante annum 25. non perdit fructus  
beneficij.

161 Quarta, suspēsus ab ingressu ecclesiarū potest  
excommunicare, & absoluere, suspēsus à benefi-

*XII. cito,*

### 350 De Suspensione.

cio, & officio sumel est ab utroq; si vero ab uno  
& altero diuinit, à nullo illorū est suspensus.

Quinta, Episcopi non incurunt suspensione  
generaliter latam, nisi fiat mentio specialiter de  
illis, non sic in excommunicatione.

Sexta, suspensio potest ferri, & tolli quibus-  
vis verbis (non enim habet certam formam) id  
significantibus, verum communiter quomodo  
ab solvatur certa, & quomodo incerta, videbū.  
Item qualibet suspensio lata pro tempore certo,  
vel facta tollitur lapsu tempore, vel ipso facto  
absque villa absolutione.

162 Septima, suspensio lata ob contumaciam,  
& non in poenam, potest tolli ab Episcopo, vel  
eius vicem gerente, sed lata in poena peccati à so-  
lo Papa, verum si sit lata ob adulterium, vel alia  
minora delicta potest Episcopus: quia autem la-  
ta est ab homine, tollitur tantum a parente, vel  
a successore vel superiore. Ab hac regulā non  
excipiuntur suspensi ob contumaciam, nec se-  
peliens hereticos, nec degradati, nec conferent  
indigneis beneficium.

Ostia, violans suspensionem stricte supra-  
dictam, peccat mortaliter, & si exercet actum  
aliquem peculiaris aliquius ordinis etiā minoris,  
sit irregularis; secus si actus non est peculiaris  
ordinis. Hinc inferuntur aliqua, vt

Episcopus suspensus, & celebrans in apparatu  
pon-

### Cap. XXVII.

351

pontificali sit irregularis.

suspensus psallēs in choro nō sit irregularis.

Suspensus à perceptione sacramentorum, &  
ea percipiat non sit irregularis, licet p.m.

Neque qui est suspensus à collatione eorum,  
& ea dat non ex ordine, sed ut laicus.

Sacerdos suspensus ab officio sacerdotis, si mi-  
nistrat in ordine inferiori non peccat, neque est  
irregularis.

Suspensus à beneficio si eligat non iure bene-  
ficii, non sit irregularis, neque pac.

Suspensus ab officio si eligat, vel acceptet ele-  
ctionem de se factam, p. sed non est irregularis.

Suspensus à prædicando si prædicat, p. & sit  
irregularis, secus si celebret.

Suspensus denuntiatus est evitandus in dia-  
nis officiis sub poena p.m.

### De interdicto quid, ex quatuorplex. n. 164.

Interdictū stricte sumptū, est censura ecclesiastica,  
qua prohibetur diuina officia, sacra men-  
ta, & sepulta actiue, & passiue exceptis aliquib⁹.

Interdictum cum excommunicatione, & sus-  
pensione conuenit in multis, & quod sit censu-  
ra ferenda in scriptis cum causa expressa in eis  
quam præcedens appellatio annullat, subsequens  
vero nos.

Y3

Qua-

Quando fertur ob contumaciam debet praecedere admonitio, secus si ob paenam, & sine canonica admonitione est nulla.

Impedit à diuinis officiis, & in eius absolutione iuratur.

Non potest ferri ab ordinario in filios species Papar, & est obseruanda à ferente.

Differat excom. in multis, vt, directe prius sacramentis, & diuinis officiis, potest suspenSI: Episcopus non incarrit interdictū & suspensio, ne à iure nisi exprimatur, viuueritas potest suspenSI: pendī, & interdicti interdum admittuntur ad diuinā officia.

Interdum fertur sine culpa propria, sed ob alienam.

In eius absolutione non requiruntur alia verba, vt si fertur donec quid fiat, illo facto celsus, sunt alie quatuor similes citatae abhi:

166 Interdictum triplex primo locale tantum, secundo personale tantum tertio locale, & personale, & quodlibet potest esse generale, vel particulare, vel mixtum.

167 Interdictum generale loci non includit populum, nec illud populi includit locum, unde quando interdictum locus populis, in aliquo loco possunt audire sacrum. Quando interdictum populus in loco, possunt exteri audire sacrum tamen etiam patetibus.

Intet.

Inte*re dicto* clero non interdicatur locus, & lac.

Interdicto populo non clauduntur clerici, interdictum ciuitatis claudit suburbana ad arbitrium Iudicis, sic interdictum Ecclesie claudit facella, & cœmeteria contigua: interdicta Ecclesia non clauduntur clerici, nec è contra.

*Quis cur quomodo potest interdicere, & interdicere?*

Q Vi potest excommunicare, vel excommunicari, suspendere, vel suspendi, potest interdictare, vel interdicere. Locus potest interdicere.

Item viuueritas, & tunc clauduntur singulæ personæ etiam insontes, potest enim quis interdicere pro culpa alterius.

Non solvere debitum non est culpa, vt feratur interdictum generale, sine mandato speciali Papar, est ita nec culpa, vt feratur in particularem Ecclesiam, non parochiam.

Infans, lactas, & amies includuntur interdicto;

149 Viuueritas ficiens solvere portoria illigata clericis, ipso facto est interdicta.

Viuueritas faciens, vt capiatur, persecutetur, in exilium mittatur suus Episcopus, &c. ipso facto interdicatur.

Y 4

III.

Illa universitas cuius Dominus impedit ingressum, vel negotia nuncij Apostolici, est interdicta.

Quando fecerit interdictum locale generale ob felicitatem populi, fecerit etiam per consulem totius populi, secus si fecerit tantum ob delicta solo Dorsini, & nihil aliud exprimitur.

Fecerit particulare locale Ecclesie quando vulneribus sicut, ut caput percutiatur, vel exulet suus Episcopus.

Cleuci, vel conuentus Ecclesie, qui nolunt testitare corpora, vel monumenta eorum, quos in ea sepelientur, & quod inducti ab eis iurare sunt a eleutoris sepulturam.

170 Interdictum particulare personale tam includit personas nominatas in eo, & actus eius expressos, si nulli exprimantur, intelliguntur omnes veriti.

Si Petrus interdictitur quoad altare, potest facere reliqua, si quoad ingressum Ecclesie, prohibentur etiam omnia diuina officia, que sunt intra illam, non que sunt in alio loco, potest summen in Ecclesiam introire quando non aguntur diuina officia, & potest orare. Item potest transire per eam quando sunt diuina officia, quia hoc non est ea audire.

*Quae prohibentur interdicto, & tempore  
inter miss. n. 171.*

Per quodcumque interdictum prohibetur omnia diuina officia, sacramenta, & sepultura Ecclesiastica nisi alter permittantur, & sic prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alieni ordinis, ut sub diacono dicere epistolam solemniter cum manipulo, diacono Euangeli, acolyto offerre virginem, presbytero dicere missam, vel agere hebdomadarium in matutinis, & alias horas canonicas, Episcopis ordinare: quae sunt diuina officia, vide ibi. n. 172.

Potest celebrari una missa singulis hebdomadiis pro renouando sacramento, immo, & plures si opus est pro infirmis, & in loco generaliter interdicto, possunt celebrari omnia officia, ut prius, sed cum ianuis clausis, summissa voce ita, ut non audiantur a laici hoc enim principaliiter prohibetur, non pulsatis capannis, exclusis exceptumnicatis, interdictis, & non habentibus privilegium iuri communis, vel particularis.

174 Hæc non valent in loco particulariter interdicto, & ad officia hæc possunt admitti omnes clerici, etiam primæ consuræ, cuiuscunque Ecclesie dummodo non sint causa interdicti, non tamen clerici conjugati, nisi in contrarium esset consuetudo prescripta, qui cum cæteris omnibus non sunt admittendi ad offerendum in medio missæ, neque illis dada est pax, neque aperiendum foramen quod videant sacramenta,

tuum, neque eas potest sacerdos aspergere aqua benedicta, licet sacerdos possit benedicere aquam, & relaicus dare eis, & ipsi possunt accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesie.

Clerici possunt accipere funeralia, & quæ pro mortuis offeruntur licet interdictis, & lepitis extra Ecclesiam, sed tareæ pro motuis in penitentia, & possunt pro eis rogare.

175 Interdicto generali, duo vel tres similia quocunque loco etiam in Ecclesia possunt recitare officium, adhibendo tamen curam nequidantur à non habentibus privilegium, non intelligitur de interdicto particulari.

176 Interdicto non prohibetur oratio matutina, meridiana, & Ave Maria, neque benedictio missæ, neque praedicatio, vel explicatio scripturarum, neque oratio priuata in Ecclesia, neque dare, vel accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesie, neque quod laici cantent litania, & suæ officia in Ecclesijs suarum cofraternitatum, neque excommunicare, vel absoluere excommunicatum, sine solemnitatibus, & stola, neque adoratio crucis Veneris sancti, neque recommissatio agnitarum, &c. neque alia similia quia non sunt diuina officia.

Laici durante interdicto non debent sepeliri cum officio diuino, neque in loco sacro, & si eo durante sepeliantur in loco sacro non sunt extra-

errehendi.

Clerici possunt sepeliri in loco sacro tempore interdicti, sine solemnitatibus, si illud seruerant etiam si sint coniugati cum uxera, & virginis si prævaluit consuetudo, & possunt interrexis etiæ diuinis officijs sicut non contingat.

Litanias dicere in processionibus cum Crucifixu, & solemnitatibus non licet clericis, neque laicis, sed multo minus clericis.

177 Campanæ, vel campanulae, non possunt sonari ad horas canonicas, sed bene ad Ave Mariam, & ostendendas reliquias, ad conciones, & ad aliud quoad non sit officium diuimum.

Tempore interdicti Episcopus non potest publice bene lictere solemniter cum baculo, & versus Adiutorium nostrum, neque benedicere Abbatem, Abbatissam, corporalia, ornamenti missæ, vela monialium, neque ipse, vel Parochus potest benedicere aquam, neque candebras in purificatione, neque palmas, & ramos in Dominica palmaturam, quia sunt diuina officia, bene tamen potest fieri ianvis clausis.

Ité consecrare Virgines, Calices, altaria, &c. 178 Sacramenta, & sacramentalia, quæ iustificante, vel expressè permitit, sunt permissa in loco interdicto, vt baptismus, catechismus, exorcismus, chrisma, confirmatio, consecratio, christinatis, consecratio olei baptizaadorum, sacra-

menta,

mentum peccatorum, dummodo non fuerint excommunicati, vel interdicti, vel sua culpa; aut causa interdicti, vel consilium fauorem, auxiliū dederint delicto pro quo est interdictum, nisi satisfecerint si possint, si non, dent cautionem idoneam iurando pro satisfactione. Item Euclastia seu viaticani tantum, & non alter etiam clericis, & tum poteſt pulsari campana, & ostendit ubi mos est. Item matrimonium, sed non benedictio nuptiarum, neque extremaunctione eius clericis religiosus, neque ordinare in loco interdicto.

180 Priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti valet pro se, & suis tantum vere familiaribus, ut quibus honeste comitatur ad Ecclesiam, & non aliis, ut uxori, verum non valet nisi fuit causa interdicti, vel eius culpa, vel fraude fuerit positum, aut factum delictum.

Priuilegium collegij valet pro collegis, si sit clericus priuilegiatus potest celebriate cum famulo, licet de novo assumpto inferiente sacro.

Religiosi priuilegiati pro cōfratribus possunt admittere ad dictos religioni in habitu, licet maneat extra, vel inter viuo sive bona de lejet.

Qui tempore interdicti possunt admitti ad officia, possunt sepeliri in cemiterio.

Omnia officia solemniter possunt fieri in festis Nativitatis, Paschæ, Assumptionis B. Mariæ,

nō tamen in octauis, sine praefata moderatione, exclusis excommunicatis, non exclusis interdictis, & quorum culpa fuit positum interdictum non accedit ad altare. Item in feſto Corporis Christi, & octaua, in die Conceptionis, & octaua vbi dicitur officium eius ordinatum per Prothonotarium, & in his festis suspenditur interdictum a primis Vesperis, usque ad Completorium dicis inclusus, & tunc omnia fieri possunt.

183 In suspensione interdicti, potest fieri id tantum, ratione cuius suspenditur, & eo tempore cum quo suspenditur.

187 Nemo nostra aetate tenetur seruare interdictum nisi denunciatum, & quod in se non sit nullum, & sufficienter, ut nullum publicatum; est autem interdictum nullum regulariter in his casibus in quibus excommunicatione est nulla, de quibus supra, religiosi tamen debet illud obseruare, si mater ecclesia illud obseruat.

Laicus audiendo missam, & alia officia a sacerdote peccante eam dicendo, vel cum laico personaliter interdicto, non violat interdictum etiam validum, & denunciatum, sed tamen in 4. casibus peccaret mortale, sed non fieri irregularis.

Primo si sit ipse particulariter interdictus, & adeſt.

Secundo, si expreſſe, vel tacite est causa, ut illa dicatur.

Tertio, si dicit talia officia, qualia clericis dicendo violare.

Quarta, si mentientur se priuilegiatum, intra ad diuina officia prohibita.

Monachi & Moniales sine ordine, si facient officia prohibita Clericis, peccant mortaliter, & priuantur voce activa & passiva: licet non sint irregulares. Item clericis violando, peccant mortaliter, sed an sint irregulares, *supra*.

188 Cessatio à diuinis est desilencia ab hisque vel est generalis, vel particularis, & differt ab interdicto: priuilegium pro interdicto nō valet pro cessatione: nee è contra, & literæ in quibus posuitur simul cessatio, & interdictum, sunt diligenter ponderanda.

*De Irregularitate.*

**I**Regularitas est impedimentum inductionis à iure canonico, directe impediens acceptationem ordinum Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorum, quatenus sunt ordines, etiam post probationem: non enim omnis irregularitas impedit vsum, & à iqua non omnem vsum ordinis.

Irregularitas non est censura Ecclesiastica, & sic differt à suspensione, nec omnis ex communica, suspensus, interdictus, est irregularis.

Irregularitas dividitur in quinque species,

sumptas ex quinque generibus defectuum. Primum, Sacramenti: secundo Corporis, tertio Aoriæ, quarto lenitatis perfectæ, quinto delicti.

193 Nulla irregularitas incurrit sola voluntate faciendo, nisi fiat id ob quod ponitur, & sic nulla est mentalis.

194 In fato exteriori nemo in dubio est iudicandus irregularis: secus in interiori, vel in consulendo.

195 Irregularis celebris licet peccet mortaliter, tamen non incurrit nodam irregularitatem.

Potestas absoluendi à peccatis, etiam quæ datum per bullas non extenditur ad dispensationem irregularitatis.

Nemo fit irregularis, nisi in casibus à iure expressis.

Irregularitas occulta æquè nocet conscientia, ac publica, & veraq; æquè indiget dispensationem.

Qui racens occultam irregularitatem ordinatur, vel impetrat beneficium, lebet occulte dispensationem impetrare, & si scéter accepit professionem, & sic per iurationem factus est inhibitus ad illud, debet de hoc mētione facere in imperatione, vel si nō erat beneficium referendum Papæ, debet impetrare habilitatem à Papa, & clam impetrare collationem ab ordinario.

Episcopus potest dispensare in omni irregularitate descendente ex delicto occulto excepto bono:

363 *De Irregularitate.*

homicidio voluntario non deducto in forum  
contentiosum ex Conc. Trid. sels. v 4. c. 6. non  
potest episcopus dispensare super alia, ut supp  
descendente ex illegitimitate,

*De prima specie Irregularitatis ex  
bigamia.*

**B**igamia est status coniugati cu[m] duabus ca  
bigibus, & impedit susceptionem ordinum,  
paganus etiam sit bigamus.

Bigamia triplex: prima vera quando cogo  
nit duas uxores successive, secunda interpre  
tativa, id est, si contrahit cum viuua, vel alijs  
alium corrupti, vel cum virgine quae adulter  
etur, & eam iterum cognoscit, licet ignorans, au  
contraheat cu[m] una valide, & cu[m] alii inualide, vel  
cum utraque inualide ob alijs quod impedimen  
tum.

Tertia similitudinaria, id est, quando quis or  
dine sacro, vel voto solemn[i] contrahit cum  
aliqua, & consummat, qui non est in sacrificio.  
trahat cum corrupta, sed inualide non si integ  
laris.

196. Vxoratus cum virgine si habet concubi  
nam non incurrit, neque qui cotrahit cum de  
ponsa alteri per verba de presenti, modo ill  
sit vi go, neque qui cum multis contrahit, sed

*Cap. XXVIII.*

364

tantum cum una habet copulam.

197. Contrahens cu[m] virgine scurilli, serua, aut  
publica fabularum astricis non est bigamus, sed  
ea mortua non debet ordinari. Papa potest dis  
pensare cum bigamis ad ordines, quamvis in  
vera hog soleat sine magna causa dispensare.

In vera & interpretationi nemo potest dispen  
sare, pr[et]er Papam in similitudinaria vero cum  
virgine, potest Episcopus.

*De secunda specie Irregularitatis, ex  
defectu corporis. n. 198.*

**D**efectus cuiuslibet membra etiam occultus  
vt sunt pudenda proueniens ob culpam  
facit irregularitatem, vt si in p[re]n[atu]re aliquius delicti,  
quamvis ab inimicis fuerint absissa pudenda.

Qui partem membra ob indignationem sibi  
abscidit, licet non amiserit facultatem naturalem  
bene celebrandi, si est notoriu[m] quod ob indignationem  
hoc fecir, est irregularis, secus non.

199. Imbecillitas, vel defectus membrorum, contin  
gens sine sua culpa, & non impediens celebrationem,  
non facit irregularitatem, vt si fiat a Medico,  
ab infidelibus, ab inimicis, sine sua culpa, ve  
ratus sine prudētia, vel craſtratus, vel claudus cui  
scipio in altari no[n] est necessarius, vt macula oculi  
non priuans, vel notabiliter deformans, vel  
utriusque oculi no[n] notabiliter, vt si gibbus, &c.

Z Mono-

Monoculus est irregularis, sed carens vlo  
oculi dextri, qualijus videtur sanus, & sinistro  
quantum sit est ad celebrandum vider, non est  
irregularis, immo, nec est irregularis, qui ambo  
vsi oculi sibi sti cum dextro legit canonem si  
ne nimia, & indecora conuersione faciei ad pulam.

200 Eunuchi non debent secum gestare at  
facta pudenda.

Quilibet defectus cuiusvis membra inhabili  
tans ad faciscandū vel notabiliter deformans,  
sive sit cum culpa sua, sive sine culpa sua, fact  
irregularē: similiter membrum supereracans,  
vel nimis grande: ad Episcopum tantum heda  
iudicare de defectu, vel deformitate an sit nob  
ilis, & non ad alios prelatos, licet ordinandum  
sit religiosus. Defectus, vel deformitas inabilit  
tans ad unum officium exercendum, facit in  
gutuitatem ad illud, & non ad aliud, v.g. si  
missandum, & non ad absoluendum, sed intell  
igitur quando def. studiuerit sine sua culpa, &  
post ordines susceptos.

In hac irregularitate solus Papa dispesat.  
201 Omnis illegitimus licet occultissimus est  
irregularis, & si credit matr̄ ad dicenti deba  
occulte petere legitimacionem, sed si non cre  
dit non tenetur.

Imperata irregularitate legitimacionis so

lu

Ius Papa dispensat ad ordinem sacram, dignita  
tem, beneficium, curatū, sed ad ordines mino  
res, & ad unum beneficiū simplex, potest Episc  
opus.

202 Defectus ex tate facit irregularē, sed quae  
xetas requiratur ad ordines, supra c. 25. n. 106. &c.  
qui ordinatur ante exatem habet characterem, &  
privilegia consequentia characterem, sed nō ha  
bet excusonem ordinum, & privilegia eam  
consequuntia.

In predictis solus Papa dispesat, & privilegia  
regularium post Con. Trid. sunt exclusa.

Lepra facit irregularē ad susceptionē ordi  
num, & ad usum fulceorum, idē facit quali  
ber infirmis quæ est cū notabili scandalo us  
ordinum, & solus Papa dispesat.

203 Qui habet morbum caducum, energu  
menus, arrepticius, & obseßus à Dæmonē est  
irregularis, & solus Papa potest dispesare, & qui  
semel hoc morbo est affectus licet sanus vi tea  
tur, gamen semper est irregularis, & si est or  
dinatus si sepe decidit, vel raro, sed spumas ore  
vomit non potest celebrare, si secus potest, sed  
cū a liatore parato perficere missam in capella  
in defectu illius, obseßus vero à Dæmonē nun  
quā debet celebrare. Quod dicitur de morbo ca  
duco, est dicendum de lunatico, amante furioso.

Hermaphroditus si sexu feminino magis quā

Z 2 virili

virili præster non est capax characteris, sed si pollet magis virili, quam fœmineo etiam si sit capax, tamen non debet ordinari, & solus Papa dispensat.

Seruitus est irregularis, tamen cum facultate sui domini potest ordinari, & sit liber: sive sine facultate ordinatur in minoribus, remanet seruitus: ut prius, si in diaconatu, vel subdiaconatu potest se liberare soluto prelio, vel dato alio seruo famili, si presbyteratu, manet liber dato pecunio aut redimento se, si neutrum potest, satisfacit praestando. Demissio obsequia non indecentia presbytero.

204. In famis infamia facti, vel iuris est irregularis: sed in infamia iuris, solus Papa dispensat, si Episcopus dispicer super delicto, quod potest, & accessorie in fama dematur: in infamia facti Episcopus dispensat, & aliqua tollitur sola penitentia iusta, & emendatio ne vita.

Qui vinum non potest bibere quoniam euomatis est irregularis, cum quo Papa non potest dispensare, nisi teneamus, quod possit dispensare cum celebrante, non sub utraque specie, potestamen promoueri ad ordines minores.

*De tertia Irregularitatis specie ex defectu animæ n. 205.*

Penit.

Punitus idiota est irregularis ad ordines, & scientia requiritur pro qualitate ordinis in Concl. Trid. Ses. 1 c. 4.

Papa in hoc defectu raro, aut nunquam dispensat directe, sed indirecte in dispensando super statem.

Nō baptizatus licet sit calhecumenus, & sanctus est irregularis, & non capax ordinum, sic baptizatus, sed haeticus seu fautor haereticorum, licet sit conuersus, nō ordinatur, neque filius haeticus in linea virili usque ad secundā generationem, in fœminea, usque ad primam, neque Sacracenus, Iudeus, Paganus etiā nouiter conuersus, & baptizatus, nō sic de novo Christiano, vt vulgus vocat nisi aliter sit statutū aliquius particularis Ecclesiaz: cum his solus Papa dispensat, non tamen potest in non baptizatis, & continuo amentibus.

*De quarta specie Irregularitatis ex homicidio iusto & defectu le-*

nitatis n. 205.

Hec nascitur ex mutilatione alijius membris in calu lito, quia non videtur imitari mansuetudinem Christi.

Illa pars hominis dicitur membrum, que habet officium per se distinctum, ut manus, p. s., u.

Z 3

us,

ris, non sicut digitus, nam amissio uno digito si posse est commode celebrare non est irregularis, sic soli testiculi non sunt membrum, licet si eos haec culpa amisi non possit ordinari.

207 Inter scerere, & menabum abscondere sunt paria in hoc casu, sed abscindere membrum, & illud debilitare non sunt paria, & cum hoc, non est irregularitas, irregularitas enim datum in causibus iuris expressis reperitur.

208 Ob breuitatem pro occidere, & multum utrum verbo deformare in postuum.

209 Omnis baptizatus deformans verum hominem in casu licito præterquam in infirmitate, aut dat causam propinquam deformandi alium quem, aut sibi, ut cito deformetur, quia alii deformaretur extra necessitatē inexcusabile suæ virtutis defendenda, est irregularis.

Causa propinquaque in hoc, est dictum, vel factum, licitum, directum sufficienter in deformatione inde sequitur, unde non sufficit minimus ictus, vel qualiscumque generalis intentio.

Hoc exhortans milites in generali, ad bellum justum, vel victoriam, non sit irregularis, sic etiam necessitas excusat, ut quando aliter evadere non potest, nisi deformando, & licet ad eundem peccatum non teneatur fugere, teneatur vero fugere ad evitandum hanc irregularitatem, dummodo fuga non sit cipericulosa, & si mui-

latio

latio sequitur non ob meum dictum, vel factum non sum irregularis: ex his inferantur sequentia.

212 Est irregularis index iuste procedens, accusator, promotor, fiscalis, testis, notarius, scribens, pronuncians, publicans sententiam, scribens testimonia, scribens literas, quibus deformatio iubetur, agens, aut procurans contra reum, vel agens pro reo cum condemnatione talionis, & quilibet alius officialis.

Praebens arma alteri, ut se defendat non valens aliter se defendere, si deformat, non incurrit.

Dans arma non valenti se defendere, si cum illis, ultra hoc occidit inuidentem, sit irregularis, & multo magis si non dat arma, sed cum armis illum occidat ut alium defendat.

213 Est irregularis qui deformat alium ob iustitiam defensionem vitæ alterius, etiam patris vel civitatis, vel in bello iusto, vel ne exercitus iusti belli fugiat, & multo magis ob defensionem iustum sui honoris, vel bonorum, vel alterius, tantum enim excusatur in necessitatè inexcusabili suæ personæ.

Quin etiā Clerici denunciates iudicibus prodictiones, homicidas, & alia delicta cui protestatione, ut solum impediatur mala, & non affligantur pena aliqua, non incurront, dummodo id sciatis extra confessionem, secus si accusant eos.

213. *Am iudice ob alienas iniurias, etiam cum protestatione dicta.*

214. *Qui etiam Clerici accusant de criminis, quod non meretur deformationem, & ita cedunt, & tamen index, vel ob alias accusations, vel iniuste illum deformant, non incurunt.*

*Clerici, & religiosi qui intersunt deformationibus quae sunt non concurrendo aliquo modo, vt fiunt, vel citius fiunt non incurunt, tamen Clerici in factis, & beneficiarij si intersint sine causa rationabili, vel consulendi, vel constitendi, pecc.*

215. *Clericus in bello iusto adhortando ad victoriam generaliter, & efficiendo opere, & hortatu, vt commilitones multos occidant, immo, & percutiendo propriis manibus dummodo per se non deformet non sit irregularis: si autem per se deformet sit, quia necessitas defendendi alios excusat a peccato, non ab irregularitate.*

*Præbere armas, vel præire in bello aliquando facit irregularitatem, id est, quando est causa propinquorum, aliquando non, vt quando dicunt generaliter ad bellantes, vt vincant sine intentione particulari, vt hunc feriat, & omnes canones qui videntur contrarij intelliguntur, si dant cum intentione particulari sufficienti pro causa propinquorum, & ad obiectiones respondeantur.*

Quod

*Quod non omne quod sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam intentionem sufficientem deformati iniuste, vt incurritur irregularitas, sufficit in deformatione iusta, vt incurritur irregularitas.*

